

## **Qvadripartitae Conciones Stanislai Grodicii Societatis Iesv**

Qvarum Primae, Timorem Sanctvm Incvtiunt; secundae Fidem Catholicam confirmant; tertiae Spem erigunt; postremae diuinam in nobis Charitatem excitant ...

Continet sex Dominicas Quadragesimae, & coenam cum paßione Domini

**Grodzicki, Stanisław**

**Ingolstadii, 1609**

Dominica Prima In Qvadragesima. Euangeliu Matthæi. 4.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56003](#)



# DOMINICA PRIMA IN QVA- DRAGESIMA.

*Euangelium Matthei 4.*

**N** illo tempore : Ductus est Iesus in desertum à Spiritu , vt tentaretur à diabolo. Et cum ieunasset 40.dieb. & 40.noctibus postea e- surijt. Et accedens tentator dixit ei. Si filius Dei es , dic vt lapides isti pa- nes fiant. Qui respondens dixit scri- ptum est. Non in solo pane viuit ho- mo, sed in omni verbo quod proce- dit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem ; & statuit eum supra pinnaculum tem- pli, & dixit ei. Si filius Dei es, mitte- te deorsum , scriptum est enim. Quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte of- fendas

fendas ad lapidem pedem tuum. Et  
ait illi Iesus. Rursum scriptum est:  
non tentabis Dominū Deum tuum.  
Iterum assumpit eum diabolus in  
montem excelsum valde, & osten-  
dit ei omnia regna mundi, & glo-  
riam eorum & dixit illi. Hæc o-  
mnia tibi dabo si cadens adoraueris  
me. Tūc dicit ei Iesus. Vade Sathan.  
scriptum est enim. Dominum Deū  
tuū adorabis, & illi soli seruies. Tunc  
reliquit eū diabolus, & ecce Angeli  
accesserunt & ministrabant ei.

### PARTITIO EVANGELII & Concionum.

Duas esse partes principales huius Euangelij,  
non est qui non videat, ieunium videlicet Christi  
Domini, & temptationem Sathanæ. Quibus addi-  
tur tum Exordium, tum Epilogus. In proœmio re-  
cenſetur migratio Christi Domini à Jordane in de-  
sertum: in calce vero docetur, quomodo deuici a o-  
mni temptatione accedentes Angeli ministrabant  
Domino.

Hæ quatuor partes quaternis nostris concioni-  
bus materiam ita subministrabunt. ut quidem o-  
mnia omnibus vniuersim ( ex omnibus enim ea  
que

que apta proposito nostro esse censemuntur accipiemus) peculiari vero ratione singula seruant singulis. Prima timori quem illa exordij verba Tunc Iesus ductus est in desertum à Spiritu ut tentaretur à diabolo in nobis excitare poterunt. Altera fidei, quam confirmabunt sequentia, & cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus postea esurijt. Tertia spei. In hac enim maior Euangeli pars, quæ tentationes victorias que describit, & explicabitur, & spei applicabitur. Postrema charitati, cuius sum totum Euangelium, & suavitatis legis Christi, cum verba eius ultima, magnum dant nobis & argumentum & incitamentum.

## CONCIO PRIMA. T I M O R .

Tunc Iesus ductus est in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo.

**M**AGNA sane ratione, cum actiones quas hodiernum nobis describit Euangelium: tum vero connexionem earum quis admirari posset. Et actiones quidem sunt septem, nempe ductio siue de- ductio, mansio, ieiunium, esuries, tentatio, victoria, ministerium. Ordo autem talis est

in tex

MVR.  
PERICK-  
LA.  
REME-  
DIA.  
Euangelij-  
mira con-  
nicio

4 DOMIN. I. IN QVADRAG.

inter eas, ut prior actio semper sit, aut causa,  
aut ansa posterioris. Etenim deductio  
Christi Iesu in desertum, causa fuit mansio-  
nis eius ibidem aliquandiu, mansio vero  
in solitudine, iejunio ansam dedit, ieju-  
nium induxit esuriem, cum natura sua, tum  
volente Iesu: Inedia occasionem præbuit  
*I. Thes 3.5.* tentandi illi qui tentat (ut diabolum vocat  
Apostolus) quique ideo in Euangelio ho-  
dierno TENTATOR nuncupatur: tenta-  
tio victorix campum dedit ei qui semper  
vincit, tam in se, quam in nobis, nulla e-  
nim de Sathanæ est victoria absque Iesu,  
imo omnis per Iesum: victoriæ denique  
ter ex hoste nostro & suo à Christo re-  
portatam, consecutum est Angelorum  
seruitium, domino & Deo suo impen-  
sum. Pulchrum ut videtis mysterium,  
concinnusque ordo, summam totius Euau-  
gelii nobis ob oculos ponens. Itaque ist-  
hæc & huius & aliarum concionum clavis  
est.

*PROPO.* In hac vero iuxta thema propositum tria  
*Triparista.* præstare, ac primum quidem verba prolata  
enucleare, & quas in impiis procreant mur-  
murationes detegere: deinde quantum &  
quomodo hæc ad excitandum in nobis ti-  
morem sanctum roboris habeant perpen-  
dere, postremo scopo nostro satisfacere, &  
ad poenitentiam homines inducere conabi-  
mus,

mur. Tu Christe Iesu conatibus nostris benedicere digneris ut cedant ad laudem nominis tui, & ad nostrum omnium spirituale emolumentum singulare.

Quando attentius considero ea quæ <sup>Prima</sup> nunc inter Christianos viget: tum in salutis <sup>pars The-</sup> propriæ procuranda socordia: tum erga <sup>magis mur-</sup>  
<sup>rur.</sup> Deum ingratitudo, ne dicam periuicatio: tan-<sup>Iniquum</sup>  
to magis animo perhorresco, corporeque <sup>murmur</sup> contremisco meo, ne forte quanto diuina misericordia est amplior & patientia produ-<sup>Christiano-</sup>  
ctior, tanto sit pena grauior. Quis enim i-<sup>ne</sup>  
gnorat, quantas poenas irrogauerit Deus, <sup>Primo Gete-</sup>  
populo illi Israëlitico, tum propter murmu-<sup>ris legis.</sup>  
rations quæ nonnunquam non adeo gra-  
ues esse videbantur, tum ob transgressio-  
nem ceremoniarum & legum difficultilium sa-  
ne, nos vero qui minora imoleuissima acce-  
pimus Christi mandata, nihilominus, non  
modo negligimus illa, sed etiam murmura-  
mus contra ea, qui excusabiles erimus? Ce-  
terum de comparatione nostræ cum aliis le-  
gibus, differemus in postrema concione,  
nunc ipso solummodo lumine naturæ, &  
experiencia nixi, intueamur obsecro quām  
iniqua sit omnis nostra de asperitate legis  
Christi querela.

Quis enim est quæso sub sole homi-  
num status, qui maximis non pateat, dif-  
ficultatibus & acerbitatibus, si quis eo  
rite

6 DOMIN. L IN QVADRAG.

rite recteque ( quemadmodum debet ) vt  
volet? Nullus equidem; nihilominus qui ali-  
quem eorum complexi sunt, tantum abest

vt molestia afficiantur, quando exercendi  
munia, operosæ suæ conditionis offert se se  
occasio, vt etiam hoc nomine maxima affi-  
ciantur lætitia, & quod mirandum magis im-  
pium quempiam hac in parte secuti ducem.

Nonne videtis quomodo milites, multoque  
magis ductores, principes, reges, imperato-  
res ad rumores belli, ad clangorem buccinæ  
tripudient? quo vero authore hæc faciunt?

Authore Nemrod filio Chus, nepote vero  
Chami maledicti à patre suo Noe. Nemrod  
enim teste scriptura caput esse potens in terra.  
Similiter aspicies mercatores alios in terras  
longinquas alacriter proficentes, alios cū  
tempus nauigandi aduenerit ad ingressum  
maris gestientes, quamuis tam isti quam-

priores non ignorant quantæ, qualesue eos  
mançant, tum molestiæ ac labores: tum vita  
etiam ipsius pericula. Quo vero duce hæc ag-  
gunt mercatores? Primi quos in scriptura le-  
go qui pecunia lucram consecabantur fue-  
re Madianitæ negotiatores qui emptum Io-  
seph à fratribus suis vendiderunt in Ægypto  
Phutiphari Eunicho Pharaonis. Intuebere de-  
nique primo hoc veris ingressu agricolam  
dum laboriosa duram premit stiuvam manu,  
tantisper iucunde nescio quid cantillantem;

multo

Gen. 37. 28.

Ibid. Vers.

26.

multo vero magis frugum colligendorum tempore, extremo in astu & defatigatione, adeò exultantem ut Propheta maximam quam quis concipere potest latitiam comparare voluerit iis, qui letantur in messe. Quo 1fa. 9. 3. vero magistro hæc facit vniuersa? Illio cui di-  
Etum fuit in sudore vultus tui vesceris pane tuo:  
tum vero illo altero de quo scribitur. Fuit au-  
tem Abel pastor ouium & Cain agricola. Istos  
itaque ad quos omnes pene status orbis fa-  
cile reducere poteris, ad sudores, labores,  
molestias, & pericula deuoranda alacres cō-  
spicies, secus Christianos ad illa quæ corum  
sunt propria, ducem licet habeant ipsum  
Iesum Filium Dei, pro pudor, proh dolor.

Excipio pios deuotosque & veros Christi  
alumnos, aliorum duo noto genera. Alterū Duomur.  
muranis  
genera. illorum qui in hoc peculiari belli spiritualis  
certamine, in hac vberrima lucri spiritualis  
mercatura, in hac frugum cœlestium messe  
copiosissima in sacro hoc inquam sacri qua-  
dragesimalis ieiunii tempore, quo hæc vi-  
suntur habenturq; vniuersa, ita consternato  
sunt animo, ut mæorem internum gestu  
prodere non cessent externo: ideoq; in pœ-  
lio quidem tentationum pusillo existentes  
corde arma abiiciunt spiritualia, in ieiuniis  
vero fastidiosi, dies numerant, literas indices  
dierum radunt, demisso incedunt capite,  
frontemque rugant suam. Alterum genus

B istorum

istorum est deterius, eorum videlicet, qui non rugata, sed perficta fronte contra Christum & sponsam eius Ecclesiam murmurant, incusantque illum quidem tentationes permittentem: hanc vero talia qualia videmus ieiunia constituentem. Egregii sane impiorum Iudæorum imitatores, quorum si murmur quadraginta annorum consideres, circa hæc duo versari illud animaduertes, circa inediā inquam seu ieiurium, & circa tentationes varias. Neque vero id quoque te latebit, fremitum Christianorum, mugitu Iudæorum longo interuallo iniquiore, turpiorem, proinde maiori pœna esse digniore. Iudæi enim tot annorum curriculo in vasta solitudine, magna cum serum omnium penuria & defectu oberrantes, aliquantulum conquændi occasionem habuerunt, nos vero in tam suavi iugo Christi Iesu & Ecclesiæ eius, quam quæcio per Deum immortalis? Nullam equidem. Ideo ipsi nisi resipiscamus iudices nostri erunt.

Cæterum intueamur iam has Christianorum murmurations nō omnes quidem, sed illas tantummodo, quas thema propositum nobis insinuat, eademq; opera ut promisimus hæc pauca Euangeli verba & interpretemur & perpendamus. Primum vocabulum est.

TVNC,

T I M O R.

T V N C , ab hoc enim noster D. Mat-  
thæus historiam orditum, eoque caput quar-  
tum cum tertio coniungit. T V N C in-  
quit, nempe post acceptum à Christo ba-  
ptisma in Iordanem, post visum spiritum san-  
ctum tanquam columbam descendente & ma-  
nentem in ipso, post auditam vocem hic est fi-  
lius meus dilectus in quo mihi complacui: T V N C  
post hæc omnia factum est quod hic de-  
scribitur. Confessimne? statim ait Mar-  
cus: sed quia Lucas asserit, regressum illum  
fuisse à Iordanem, potuit aliquid temporis  
intercedere. Id vero ad ea quæ alias à no-  
bis dicta sunt dilucidanda valebit aliquid.  
Hæc quo ad literam. Moralis vero do-  
ctrina est Deum & Christum Iesum, quan-  
do cuiquam confert beneficium vel consol-  
lationem aliquam plerumque simul etiam  
tentationem aliquam ei immittere consue-  
uisse. Id fecit primis nostris parentibus: id A-  
brahamo, id Moysi, Iob, Tobiae, id Isaiae &  
aliis Prophetis, id Dauidi & filio eius, idem  
in nouo testamento videre licet: tam in A-  
postolis quam in reliquis omnibus, quos ca-  
mnes aut tentauit, aut tentari permisit mo-  
dis variis Deus. Ex quibus alii victi alii vi-  
tores euaserunt. Exemplorum plenæ sunt  
& sacra & prophana literæ.

Hinc prima nostrorum male (ut ita dicā)  
contentorū oritur müssitatio, qua & diuinæ

B 2 huic

Quando  
Christus  
iussit in de-  
serendum.

MAT. 1.18.

Luc 4.1.  
Dom. 2.  
post Epiph-  
pone 1.  
Doctrina  
moralis.

PRIMV M  
murmur  
contraten-  
tationes

*Primo cu-  
mplo com-  
muni.*

*2. Bonitate  
Dei.*

*3. Fine o-  
ptimo.*

*NOTA.*

huic ordinationi ogganire , & recordiam suam declarare solent: iniquissime sane. Quo teste? ipsi simet, qui si forte vel equum , vel prædium , vel aliquid huiusmodi donauerint alicui, ægerri me ferunt, si is qui accepit, aut ut iis noluerit, aut quod peius est negligenteria sua eripi ea sibi patiatur. Cur ergo idem eis non placet in Deo , qui multo iu stiore quam ipsi indignationis causam habet? Illi enim agrum donare possunt, vires autem siue ad eum colendum , siue ad resi stendum ne à potentibus eripiatur dare nō possunt : at Deus utrumque re etiam ipsa præstat omnibus. Concedit inquam & ro but ad excolendum agrum corporis nostri, ne otio syluescat, & vim debellandi omnes inimicos, ne dona à Deo data eripere nobis queant. Dum igitur temptationem immittit, du C prætendit. Vnum ut bona nobis da ta non maneat vacua: alterum ut omnes agnoscant, quam sint nobis Dei dona chara. Etenim vincere temptationes nihil est aliud, quam non permettere sibi eripi , quod con cessit Deus. Quare quod Christus dona & consolationes suas tribuit nobis, liberalita tis est, quod nos iis vti velit, iustitiae, quod te tentationes & tribulationes immittit, vel per mittit, misericordia ipsius unus est im mensum; quod vero nos contra ista fremitus edimas, impietatis, recordia, & ingratitudinis

tudinis opus est fœdissimum, acris pœnitentia abluendum, ne pereamus in æternum.  
Sequitur aliud in themate verbum.

**I E S V S.** Quanta hæc sit petra scandali & quislinguarum sagittantium scopus, diximus semel & iterum alias copiose satis; idcirco unum tum hæreticorum: tum quorundam ab ipsis infectorum Catholicorum murmur huic loco non incongruum proponamus. Ineptam videlicet illam istorum excusationem, qui cum arguuntur cur exemplo Christi corpus atterere, iciuniis vacare, tentationes devincere non studeant, respondere solent, propterea Christum id fecisse, ne illi hæc sustinere cogarentur. Quæ insulsa & tori scripturæ aduersa ratiocinatio. Audi verumque Apostolorum principem contrario argumentantem modo, & vide utrum te sequi oporteat. D. Petrus inquit Christus passus est pro nobis vobis relinquentis exemplum, ut sequamini vestigia eius. Paulus vero si tamen compatimur, vi & glorificemur. Si iciunia & tentationes sustinerem, pati non est, cur ea refugis? Si est, cur è diaetro cum Apostolis pugnas? O vesania. Verum de his plura in sequentibus, nunc tertium verbum videamus.

**D U C T U S E S T.** Quomodo ductus? Naturali modo ductus, pedibusque ambulauit suis, Id enim & Marci expulit, & Lucæ ageratur

*Doms. 2.*  
*Adu. Simeon.*  
*fra ocl. Co.*  
*prima.*  
*S E C U N-*  
*D V M*  
*murmur,*  
*contra ieo-*  
*nunia &c.*  
*Refutatur.*

*1. Ex D. Pe.*  
*tra.*  
*1. Pe. 2. 21.*  
*2. Ex Pau-*  
*lo.*  
*Rom. 8.17.*

**T E R-**  
**T I V M**  
murmur  
contra  
Deum.

Neminem  
ad peccatum  
cogi.

Ex natu-  
ralibet  
arbitrii.

A simili.

Ex scri-  
ptura.  
Job. 40. 18.

A spiritu  
bono duc-  
tus te/nes.

batur verba denotant, nempe Christum  
nec coacte, nec insolito iuuisse modo. Est  
que hic remedium contra illam antiquam  
impiorum querelam, qua afferunt se ad pec-  
candum cogi. O mendax verbum. De  
corpore nihil dico, id enim posse cogi pro-  
benoui: de animo sermo & controversia est  
nostra. Is vero semper est liber, nec cogi-  
tur vñquam. Si enim non consentit in id  
quod infligante dæmone vel carne sentit,  
peccatum non committit ullum. Duci-  
mur enim à homo in tentationem ob bo-  
num nostrum, sed non inducimur nisi ipsi  
velimus: impellimur à dæmone ad peccan-  
dum sed minime adigimur, ut nolentes con-  
sensum præbeamus. Cerberus enim ille in-  
fernalis latrare potest, mordere autē alium  
præter cū qui se in os ipsius ingerit, non po-  
test. Hoc testatur ipse Deus ad Job. de Be-  
hemoth afferens, & habet fiduciam quod influat  
Iordanis in os eius. Fiduciam igitur & spem  
habere potest, homines à se deceptum iri: at  
cōrtus esse nequit. Si enim tu fortiter resistes  
eius iugulibus, nihil efficiet. Culpa igitur  
nostra est, qui in os Sathanæ vltro influi-  
mus, contra voluntatem & opem Christi,  
qui DVC TVS EST.

A SPIRITU. Nec dubium videtur es-  
se ullum, à bono spiritu illum ductum esse  
cum & Marcus dicat, & statim spiritus expulit  
eum.

rum, nefas autem sit vel cogitare diabolum tantam in Christum potestatem habuisse ut illum expelleret, & noster Matthæus vtrinque spiritus in hoc ipso nostro themate, claram faciat mentionem. Boni quidem cum inquit DVC TVS EST A SPIRITU: mali vero cum ait VT TENTARETVR A DIABOLO, qui vtique spiritus est. Quis enim esset hic loquendi modus: ductus est à malo spiritu, ut tentaretur à malo spiritu? Id igitur meo iudicio perspicuum est: sed illud peruersum, quod hinc quidam scelesti, sceleste Deum esse peccatorum nostrorum causam concludunt. Aiunt enim si spiritus sanctus inducit in temptationem, ut hic dicitur ( quod enim fecit Christo facit & Christianis ) spiritus autem sanctus Deus est. Deus igitur lapsus nostri causa erit. Quam fallax argumentat? quam impia consecutio? O quam nequam est amor nostri inordinatus, qui ne se reum statuat, omnes in crimen vocat; proinde iam in diabolum, ut paulo ante audiuitis, iam in socios, iam in res alias, iam denique in ipsum Deum culpam suam coniicit ac transfert. Iniuste sane omnia: at hoc postremum blasphemie etiam valde. Sed quia hac de re plura dicenda sunt postea, nunc progrediamur. Sequitur.

IN DESERTVM. Desertum hoc ut lustra-  
B 4. tores Sicut de-  
ferti.

QVAR.  
TVM  
murmur  
culpatio-  
mnes.

tores & descriptores illorum locorum assere-  
runt, situm fuit in montanis inter Iericho  
& Ierusalem, prope Galgala, vbi etiam lati-

*Hebr. 11. 7.* tasse illos de quibus Apostolus, circuierunt in  
meloris, in pellibus caprinis, egentes, angustiati,  
afflicti, quibus dignus non erat mundus, in soli-

• tudinibus errantes in montibus & speluncis, &  
in cavernis terrae, piis creditu consentaneum

*psal. 94. 8.* est: at vero in impiis & iis qui deserto sunt cor-

*QVIN-* de, desertum hoc & alia: duo murmurantum  
*TV M* procurarunt genera. Vnum haeticorum  
*murmur cō* quibus non satis fuit illud quod diximus  
*tra Eremi-* insulse conclusisse, sed addiderunt præterea  
*gau.* cailllos, iocos, ac scommata varia in ere-

mitas, superstitiosos, faunos, satyros vocan-  
do, & alijs infamibus eos proscindendo no-  
minibus. Quod dum faciunt, quid agunt a-  
liud quam ipsum qui hodie solitariam duxit  
vitam Iesum filium Dei per latera eremita-  
rum transuerberant? Sed transfigentur et-  
iam ipsi aliquando, tanto funestius, quanto  
mors quæ lequetur, cum vita perenni con-  
iuncta erit. Habebit enim & quod in vita  
pesilientissimum & quod in morte est pes-  
simum, idque patientur continuo & in æter-  
num. Utinam vero ad cor redeant.

*SEXTVM* Secundum agmen eorum qui deserto  
*murmur* scandalizantur est illorum, qui cum ad de-  
*contra voca* sertum id est ad vitam à turbis, turbinibus  
*tionem.* que mundi remotam spiritu Dei aguntur,

ita

Ita ei resistunt, ut vitam religiosam proscindere non vereantur. Miseri homines qui ad pietatem vocati, in impietate pacem quærunt, quam inuenient nunquam. Quid inquis? vñne nos omnes creui esse cultores? Nihil minus, neque enim omnibus hæc loquor, sed ijs tantum quibus Deus ad eorū loquitur, neq; solitariam vitam suadeo, quam multis esse expositā periculis noui (excipio tamen & quosdam ad breue, & emeritos in monasterijs ad longum tempus) sed ne quis diuinis instinctus, quibus ad religionem aliquam approbatā vocatur in se extinguat, rogo, horrō, vrgo. Qui enim ductum non sequitur Salvatoris, magnō se exponit periculo perdendæ salutis. At terri se ait istorum quispiam, verbis quæ sequuntur.

V T T E N T A R E T V R . Nolle que se tentari afferet. Sed nolis velis quocunq; te conuerteris, à tentationibus liber nō eris. Nunquid non audisti Petrum cōtestantem quod diabolus tanquam leo rugiens circuit querens <sup>Omnes tentantur.</sup> 1. Pet. 5. 8. quem deuoret? Qui ergo tu ab eius rugitu, & impugnatione liber eris? Non eris credere mihi, imo tanto grauius ibi oppugnaberis, vbi & occasions tentandi plures; & qui subleuent sunt pauciores. Verum orietur hic forte novum & grauissimum murmur nasutorum quorundam & impiorum diuinas prouidentias censorum quærentium &

B 5      con

SEPTI  
M' M, con  
tra Despro-  
videntiam.  
NOTA.

conquerentium cur Deus non considerie  
hominem nullis obnoxium temptationibus?  
*Originem tentationū.* At tum ex dictis: tum ex ipsa natura huma-  
na desumpta ratio in promptu est. Eo enim  
ipso quo ex nihilo conditi sumus defectuosi  
& mutationi obnoxij sumus, temptationum  
que originem in nobis gerimus, nec nos so-  
lum, sed & omnis creatura rationalis, vt in  
Lucifero euidens est, qui non nisi à seipso  
tentari potuit; nos vero etiam ab extrinseco  
tentamur, vt & in primis nostris parentibus,  
& in vsu quotidiano, & in ipso Christo in  
hodierno Evangelio videre licet. Nihil igitur  
facit nobis Deus præter naturam no-  
stram, nihil præter iustitiam suam, sed multa  
iuxta bonitatem & misericordiam, qua &  
*Cor. 10.13* non permittit nos tentari *supra id quod susti-*  
*Tim. 2.5.* *nere possumus, & facit cum temptatione prouetum & militiam in hac vita vult nos exerce-*  
*re, vt in illa vita coronet legitime certantes,*  
*prout innumeris iam præstitit, tum Angelis;*  
*tum hominibus. Sed iam ultimum verbum*  
*thematris propositi videamus. Ductus est*  
*igitur Christus, vt tentaretur.*

*Christus ab  
ipso Lucifer-  
eo tentatur.*  
*August. lib.  
p. de ciuit.  
Cap. 21.*

A D I A B O L O. Ipsum Luciferum quem  
Beelzebub scriptura vocat eum Christo Do-  
mino conflixisse volunt SS. Patres, & merito  
fane. Fuit enim duellum hoc, quo nec esse,  
nec cogitari potest acrius: duces igitur om-  
nium potentissimi congregati debuerunt, su-  
perius

premus in bonitate, pietate & sapientia, cum supremo in malitia, impietate, astutia. Nobiscum vero quod sit? Iam dixi, dicamque plura, sed & me tacente res ipsa loquitur. Duo tango, consolationis alterum, alterum terroris plenum. Consolationis est quod neque Lucifer Christum, neque nullus satellitum ipsius quenquam Christianorum, tentare vel in minimo potest, nisi permittente Deo. Palam id est, in Iob, cuius ne minimam oculum mactare potuit, nisi a Deo accepta licentia. Sed magis etiam clarum est e Christo, qui omnes capillos capitum nostri numeratos esse asserit, nec unum illorum omnibus licet infernalibus potestatibus frenementibus deperiturum, nisi volente Deo. Hac est suprema ex prouidentia diuina pendens consolatio; cuius utinam ut par est gratia: sed est etiam timoris materia, tum in hoc, tum in alijs thematis verbis. Itaque resumamus ea iterum.

Itaque quemadmodum pictores (ex apostolo Barlaami apud Damascenum) in summis angustijs & maximo metu constitutum quempiam effingere volentes, hominem pede exili truncō innixum, manu vero tenui e ramusculo pendentem, quemus albus & ater arrodit, circum circa vero partim leonibus & draconibus, ore diducto ad deuorandum illum hiantibus, partim viperis alijsque venepatis animalculis circum septū depingunt:

ita

*Consolatio.*

*Luc. 21.18.*

II. PARS  
Timoris  
materia  
A simili e  
periculis  
que irruunt.

ita brevibus istis verbis quæ thema habet omnia periculorum animæ nostræ genera & discrimina quæ illam circumstidunt vniuersa, vel graphicè descripta, vel non obscure insinuata mihi esse videntur. Caput autem eorum est TENTATIO, quæ varijs ex fontibus omni nos circumdat tempore. Hac enim si (quod absit) prostrati fuerimus, in extremam omnino incidemus calamitatem. Quis igitur sanæ mentis homo ad isthæc nō perhorrescat? Videamus quæ singula per ordinem, singula verba ponderantes.

*r. Omni tempore.*

TVC inquit Euangelista loquens de Christo, nos vero de nobis agendo, vna literula immutata dicemus NVNC. Qua particula (sicut & illa TVC) aliquid temporis denotari non est qui non videat. Neque vero partem aliquam, sed totum quasi hæc vocula complectitur tempus. Nam si Philosophis imo experientia credimus, ex tempore nihil præter NVNC continuè fluens habemus. Itaque NVNC, id est, semper, omni tempore, noctu & interdiu, vigilando & dormiendo, singulis diebus, horis, momentis circumdati sumus temptationibus dilectissimi, & securi adhuc sine metu vivemus? Nonne audistis aliquando de nocturnis quæ nonnunquam etiam sanctos infestant illusionibus? quid vero peccatores?

*Etiam in somno.*

At ego dormiens peccare non possum inquis,

quis. Imo vero potes suo modo. Si enim valida, diuturna, & voluntaria cogitatio occasionem dedit illusioni in somnis, sine crimen non eris. Sic doctores, nec sine ratione. voluntas enim peccandi in causa adfuit, quando quod vitari debuit, non defuit. Taceo alia quæ vel antequam obdormiamus, vel postquam plus æquo dormiuimus, pigritantibus nobis in cubilibus nostris, obrepant consensumq; elicit prauum. O quam id frequens. Itaque sicut nullum tempus à tentatione est liberum, ita nullum à timore vacuum esse deber. Sequitur.

I E S V S, persona omnium excellentissima, sanctissima, purissima. Quod si in quæ <sup>z. Omni</sup> personæ. peccatum ne cadere quidem valuit, quique internè tentari neque debuit, neque potuit (nulla causa ansaue vitij in illo existente) liber tamè à temptationibus minime fuit: quid nos qui in peccatis concepti, in peccatis natu, peccati somitem in visceribus nostris gestamus, peccamusque quotidie, spectare & expectare oportet? Nihilo minus tam bardius sumus, ut considerare hæc & formidare nolimus? Quinimo ingerimus nos in negotia, quæ aut ægre aut nullo modo sine peccato confici queunt, occasionsq; peccandi vltro querimus. Quæta peruicacia, Quæta salutis propriæ incuria? Maior vero etiâ impietas, quod exultatione de peccatis querimus, quarum

Psal 50.7.  
Præterim  
peccatibz.

quarum ex numero est quod ex verbis sequentibus.

*Ex nostra perniciacia.* DVC TVS EST apprehendimus, sceleris que nostri culpam in ipsum coniçimus Exemplum Deum, ut paulo ante notauius. Quam vero id inique & nequiter faciamus quis re-

censebit? Dic quæso tu, vir bonus si es, alter vero quispiam parricida, patriæq; proditor, magno cum tuo dedecore scelus suum tibi appingeret, quo quæso es in illum animo, quam non vindictam meditarere? Idem à iusto iudice expecta Deo, tanto seuerius, quanto & culpa tua grauior est, & cui infamia infertur non homo sed Deus est, quem peccati causam esse non posse, ipsi etiam philosophi & agnoverunt & docuerunt. Iste itaque nisi resipiscas iudicestui erunt seuerissimi, & condemnabunt te multo

*Mat. 12. 42* acrius quam regina Sabba Iudeos damnabit, prout illis minatur Christus. Ceterum quia hac de re actum est alias non semel, id tantum hisce subiungo, ea quæ dicis maiore formidinis ansam tibi præbere, si saperes. Timendum est enim ne dicat tibi iudex viuorum & mortuorum, sciebas tot impugnatores tibi præsto fuisse, ut etiam me inter illos numerares, & tamen ita sine timore vivisti, ac si nihil subesset periculi; de ore igitur

*Luc. 12. 22.* tuo iudico te serue nequam, nequam inquam & mihi quem blasphemasti & tibi qui mediari

tari ista & penitentiam agere noluisti. Hæc  
tu cogita, ego me ad aliud verbum conuer-  
to. Etenim.

IN DESERTVM, ductum fuisse Chri-  
stum asserit Matthæus. Nos vero quid inde <sup>¶. Omnis</sup> *in loco.*  
eliciemus? Id quod iam insinuauimus. Sicut  
tempus, ita & locum nullum penitus peni-  
tusque vacuum esse à temptationibus. Quam  
magna timoris seges? Si enim ne in solitu-  
dine quidem securus es, vbi cum carne tan-  
tum tua oppugnat te Sathan: quomodo in  
ciuitatibus alijsque locis similibus, vbi tot  
sunt peccandi illecebrae, quot vix numerari  
queant, à temptationibus liber eris? Ibi enim  
sunt amici & inimici, ibi honores & igno-  
minie, ibi maledicentes & adulates, ibi Do-  
mini cogentes, socij irridentes, scœminæ la-  
sciuentes, varij lucra & voluptates sectan-  
tes, domestici deniq; insidiantes. non enim  
mentitur veritas dicens, *inimici hominis do-*  
*metstici eius.* Quam multa & quam fortia ten-  
tantium agmina? Sed quid opus est multis?  
Nonne ex Euangeliō idem nobis colligere  
liceret? Nunquid Christus Dominus, quando  
in deserto expugnari non potuit, in ciuita-  
tem deductus non fuit? non alia certe de  
causa, nisi vt ibi maioribus temptationum  
quateretur insultibus. Est igitur quod vbi-  
que timeas, qui vbiique oppugnaris. Sed vi-  
deamus à quo ductus fuerit Christus.

Mat.10.30

*Maxime in  
sumultibus*

A S P I-

A SPIRITU, inquit Euanglista. A bono vero spiritu illum deductum fuisse, diximus nos ex Patribus, & ex ipso contextu sermonis. *¶ Etiam à Deo.* Quis vero etiam hic timori locus? Duplex omnino. Quis enim non perhorrebat, cum se ab illo oppugnari videt, à quo defensum irise sperabat? Deum vero non solum permittere, sed etiam aliquando ipsummet tentare homines, sacræ testantur scripturæ; tum veteris, tum noui Testamenti. *¶ Gen. 22.1.* Ibi dicitur, tentauit Deus Abraham. Et iterum, tentat vos Dominus Deus vester, inquit Moyses vniuersale omnibus: hic vero asseritur Christus tentasse Philippum. Quomodo vero hec loca non pugnant, cum D. Iacobus, inferius dicemus. Nunc vero aliud metus ingeramus argumentum, id vero est illud, considerare nos in medio malorum & bonorum spirituum constitutos esse, prout de si ad sinistram oculos conuertemus nostros, timebitus ne vincamur, si vero ad dextram, timebitus ne si vinci nos patiamur, puniamur. Sed mirum est quod sequitur, Iesum ductum esse.

V T T E N T A R E T V R. Quid? Isne fuit scopus Spiritus sancti? Neque primum hunc, neque ultimum fuisse propositum, audistis in exordio, temptationi enim Victoria, Victoria angelorum ministerium finem dedit: idē tibi eueniet, si legitimè certaucris. Quid certe in

*¶ Enos frā  
focordia  
peccata.*

certem inquis, cum nullas ego tentationes sentiam? Proh deplorandum hominum genus. Utinam vero pauciores eiusmodi reperiuntur. Quid? clamabat, imo nunc quoque clamat bene in hoc negotio exercitatus, *Militia*, vel (ut septuaginta interpres habent) *Ex Sers-tentatio est vita hominis super terram.* Job totam vitam nostram in terra est temptationibus compositam esse afferit; tu vero nullam agnoscis? num extra terram habitas? Quid hoc rei est? Et quid quæso aliud, quam signum euidentis te miserrimo omnium versari in statu? Quid enim rogo te cogitares *Ab vero sū de eo, quem exulceratum, & plenum vulne-* ribus corpus habentem, conspiceres, audi-resque dicetem, se nullum penitus dolorem sentire? nunquid non desperatæ salutis eiusmodi hominem esse iudicares. Et certe merito id faceres. Sacro enim (quem vocat) igne illum plenum esse constaret: idem tibi in anima obuenit tua, o miser. Sicut enim pescis sine aqua, ita homo Christianus sine tribulationibus & temptationibus diu viuere nequit; eas porro quia te non sentis, palam est ijs te non solum contensum præbere; sed etiam immersum plane iacere. Non sentit *Ab exem-meretrix; cum turpe & obsecrū audit ver-* bum; at sentit virgo, ita ut ei ingentem est facie excutiat ruborem; ita tu non sentis temptationem ebrietatis, quia inebriaris, non lu-

*NOTA.*  
*Miserrimos  
qui tenta-  
tiones non  
sentient.*

*Ex Sers-  
tentatio est vita hominis super terram.*

*Job. 7. 1.*

*Ab alio.*

*Ab exem-  
plo more-  
trici, &c.*

*A congerie*

C xuriæ,

xurix, quia aut fornicaris, aut deterius quid  
operaris, non detractionis, quia detrahis, nō  
blasphemiae vel maledicentiae, quia maledi-  
cis & blasphemas: impleturque in te quod  
*Ierem. 3.3.* olim suis exprobrabat Iudæis Deus, dicens  
per Prophetam: *Frons mulieris meretricis fa-*  
*cta est tibi, noluisti erubescere,* imo quod pe-  
ius est, ne agnoscere quidem voluisti illa,  
quæ iustum tibi incutere deberent podo-  
rem.

*E pana.* Sed audi quid paulo ante dixerit Pro-  
*Ierem. 2.37* pheta. *Obtrivit Dominus confidentiam tuam,*  
*& nihil habebis prosperum.* Si hæc timenda  
erant Iudæis, quanto magis Christianis, qui  
maiores à Christo obtinuerunt gratias?  
Conteret & obteret crede mihi aliquando  
Dominus hanc *confidentiam tuam*, qua ar-  
matus putas te esse securum, cum à planta  
pedis ad verticem capitis obsitus sis, tum  
tentationibus quas ignorare te ais: tum  
triumphis diaboli, quos in te, de te agit.  
Propterea *nihil habebis prosperum*, ait Do-  
minus omnipotens. Nam tua hæc in qua  
tibi applaudis *prosperitas* nil est aliud quam  
infelicitatis pelagus profundissimum. Di-  
cebat olim idololatrarum quidam nihil sibi  
videri infelicius eo cui nihil euenit aduersi,  
quanto id magis cadit in Christianos, quo-  
*Act. 14.21.* rum in auribus illud diuinum resonat ver-  
bum per multas tribulationes oportet nos in-  
trare

*Ex dicto  
gentilis.*

trare in regnum Dei? Tu vero si non tentaris, non tribularis; si non tribularis, non pugnas, si non pugnas, non vincis; si non vincis, in regnum Dei non poteris intrare unquam. Vide ergo quid facias.

Vis saltem vnum ex innumeris huius rei exemplum? Cape in nostris oris haud infrequens. Est aliquis sciolus, & ut sibi vindetur prudentulus & argutulus, qui siue à prava presumptione sua, siue ab heretico quopiam tentatur, vt legat libros prohibitos. Facit intrepide, ita vt ne pro tentatione quidem id reputet. Monetur insuper ab aliquo siue à seculari, siue à sacerdote aut cōcionatore, illicitum id esse. Quid ille? Secutus sum ego inquit, & certus me deceptum non iri, idcirco ne scrupulem quidem ullum hac in parte habeo. At habere certe deberes, si vere sciens prudensque es: sed quia per confidentiam tuam, quam Deus adeo de testatur vt audis, excācatus es; idcirco evēnit tibi quod sequitur, vt non solum nihil habeas prosperum in rebus diuinis, sed etiā in fœdas hæresum prolabaris votagines. O nefas. O quot hic ista infecta peste animarum iacent nunc cadavera: Et adhuc tam cæci erimus, vt non dico pericula, sed mortes etiam ipsæ aliorum nos cautos non faciant? Ex hoc mille alia cūuenta considera, simulque ultimum perpende verbum.

C 2 A D 1 a

*A gradus  
tione.*

*Exempli  
librorum  
prohibitorū  
declaratur;*

*¶ Maximū  
periculum  
ratione de-  
monis nos  
impugnan-  
tis.*

*Io. x. 14. 30.  
1. Pet. 5. v.*

A DIABOLO. quod addit Euangeli-  
sta loquens de Christo, & in Christo de no-  
bis. Si enim filio Dei non pepercit, in quo  
princeps mundi, nec habuit, nec habere po-  
tuit quidquam, quomodo parcet nobis quos  
tu.

*latim prostrauit? Audisti paulo ante, quid de  
ipius circuitu dixerit Apostolorum prin-  
ceps, & etiam nunc securum te esse putabis?  
Maledicta securitas quæ in æternum animæ  
& corporis nos impellit præcipitum ac in-  
teritum. O si ut par est considerare velles,  
quam potentem habeas aduersarium; cre-  
diderim te aliquando tandem tuæ consul-  
turum animæ, & pessimam securitatem o-  
ptima securi timoris Dei te amputaturum.  
Itaque audi quid ipse Deus de diabolo ore  
promat suo. Non est super terram potestas quæ  
comparetur ei. Nam clarum & præclarum  
testimonium. Sed & Apostolus ait: Non est  
nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē,  
sed aduersus principes & potestates, aduersus  
mundi rectores tenebrarum harum, contra spi-  
ritualia nequitie in cœlestibus. Si quis prin-  
ceps cum suo exercitu, solum & unicum te  
inuaderet, quam pertimesceres? Hic ve-  
ro & multos principes rectoresque mundi,  
& tanta potestate præditos, ut ne compara-  
ri quidem eis illa potestas in terra possit, tibi  
aduersantes reque oppugnantes habes, nec  
quid-*

*Qui poten-  
tissimus te-  
ste Deo.*

*Iob. 41. 24.*

*Et Apotholo  
Ephes. 6. 12*

*A simili  
minor.*

quidquam tamen formidabis, devictorum-  
que te tantos hostes non pugnando arbi-  
trabes? Quanta infania! Sed præsto ad-  
esse diuinum auxilium ait, Apostolumque  
dicentem, *Omnia possum in eo qui me confor-*  
*tat, inducis, siveque opem tuæ ferre conaris*  
*socordix. At frustra. Nam bene quidem*  
*Apostolus inquit; at tu male concludis, pe-*  
*ius vero facis, quando ita otiaris ut ne ten-*  
*tati quidem te putas. Hoc Apostolus fe-*  
*cit nunquam, semper vero diuinæ coopera-*  
*tus est gratiæ, quæ teste ipso vacua in illo non* <sup>1. Cor. 15. 10</sup>  
*fuit.*

*Responso.*  
*retunditur.*

*Philip. 3. 4.*

Ceterum ad explicanda & hæc quæ attu-  
limus, & alia scripturæ loca, quærimus pri-  
mo, quomodo Apostolus hic dicat non esse  
nobis colluctationem aduersus carnem, cū  
alibi aperte testetur, quod caro concupiscit  
*aduersus spiritum, spiritus autem aduersus car-*  
*nem?* Et certe tam acris est ista pugna, ut i-  
pse in ea constitutus, exclamarit dicens. In-  
felix ego homo, quis me liberabis de corpore  
mortis huius? Secundo nōnne etiam cum  
hominibus colluctationem & nos gerimus,  
& ipse Christus habuit maximam; ita ut ob-  
iurgarit eos dicens, *quid me tentatis hypocri-*  
*ta?* Denique ipsum Deum tentare nōs iam  
audioimus, cuius tamen contrarium assere-  
re videtur D. Iacobus, cum inquit, *Nemo Iac. 1. 13.*  
*eum tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur.*

*Questiones*  
*de tenta-*  
*tionibus.*

*Gal. 5. 17.*

*Rom. 7. 24*

*Mat. 23. 18*

C 3      Deus

Deus enim intentator malorum est, ipse autem neminem tentat. Quomodo igitur hæc vniuersa sibi cohærent? Optimè, dummodo bene intelligantur. Nam quod ad Apostolum attinet, is eximiè in illis verbis dæmonum describit naturam. Ipsi enim sunt spiritualia nequitæ, siue phrasî Hebræa spirituales nequitæ, hoc est spiritus nequam, ipsi congregiuntur nobiscum in cœlestibus, id est, vel pro cœlestibus, ut vos ijs priuent, sicut vult Chrysostomus; vel per cœlestia æcrem intelligit, in quo dæmones habitant; ipsi sunt, rectores tenebrarum harum. nullum enim decipiunt, nisi ei prius offundant tenebras; ipsi denique sunt principes & potestates, cum quibus nobis bellandum est; ipsi enim tentationes immittunt. Idcirco in Euangelio ipse Lucifer per antonomasiam

**TENTATOR** vocatur, quia Deus quidem propriè non dicitur tentare; alia vero penè omnia instrumenta sunt, quibus nos tentant dæmones. Tentare enim licet generaliter pro quavis probatione accipiat, si tamen strictè sumatur, iuxta scripturæ tam sacræ, quam profanæ intelligentiam, nihil est aliud quam ad peccandum aliquem inducere velle: ita tentari aliquam de pudicitia antiqui dicebant; ita Sathan tentare referuntur, tum Christum in Euangelio: tum Ananiam & Saphiram in Actis Apostolorum:

Demon.  
propriè  
tentator.

Chrysost.  
Hom. 22. in  
Epist ad  
Ephes.

*Ex definiti-  
one.*

*A.D. 5. 5.*

tum

tum alios alibi. Ipsius enim est proprium peccatum suadere, in ruinam spiritualem impellere, postmodum vero deceptum gravissime punire. Quorum cum nihil in diuina probatione reperiatur, imo totum contrarium: nam & virtutem suadet, & non ruinam sed victoriam promouet, & post victoriam præmia elargitur, bene D. Iacobus Deum intentatorem malorum vocat, cum nihil quod tentationis est proprium in se contineat.

Quid vero de carne, mundo, & mundanis dicemus hominibus? Hæc omnia instrumenta sunt dæmonum, quibus nos agitant & exagitant. Et caro quidem nostra, <sup>Caro in-</sup>  
<sup>strumenta</sup>  
<sup>dæmonis.</sup> quia peccatum non intendit, imo nec atten-  
dit, nec cognoscit, ideo luctam nostram nō  
esse aduersus carnem & sanguinem asserit Apo-  
stolus: quia vero est instrumentum Satha-  
næ validissimum, nobisq; propinquissimū,  
propterea mortificandam illam esse idem  
monet, faciendumq; quod faciunt qui cum  
alijs pugnant. Hi enim quantum possunt  
arma aduersariorum, vel excutiunt, vel ita  
debilitant, ut ijs nocere nequeant: ita nos  
carnem nostram diciunijs & alijs asperitati-  
bus atterere, malos vero habitus, & mundi  
illecebras, hisq; similia proterere penitus  
debemus, ne Sathan ijs tanquam armis con-  
tra nos vti possit. De hominibus vero pes-  
<sup>Mortifi-</sup>  
<sup>candum.</sup>  
<sup>A simili.</sup>

*Mali homi-  
nes demo-  
nes incar-  
nati.*

simis, qui alios ad peccandum inducunt, nil aliud aio, quam illos esse ipsis etiam diabolis aliquando peiorcs, qui id perficiunt, quod ipsi efficere non potuerunt: vera impurissima & sceleratissima dæmonū mancipia, crudelissime ab ijs in æternum punienda, ni tempestive ad DEVM & cor redeant suum.

*III. PARS.  
Remedia.*

Quod vt & isti, & quiuis alij peccatores præstent efficacius, aliquot eis propono media, quæ ad duo generatim reduco capita; nempe ad poenitentiam de præteritis, & ad cautelam de futuris, vt videlicet & dolcant de commissis iniquitatibus, & à temptationibus superari se in posterum non patiantur. Singulariter vero tot fere erunt remedia, quot thematis verba, poterunt enim huius rei nobis materiam abunde suppeditare. Itaq; resumamus illa iam tertio. Primum est,

*Singilla-  
tim 1. Non  
procrasti-  
nare.*

TVNC, quo vtrumque nobis insinuatatur, illo enim edocemur, moram non trahere, sed TVNC, id est, cum primum, siquidem victus à Sathanæ es, poenitentiam agere: sin vero per temptationem ad peccandum impelleris, aut confessim eam rejicere, aut si id nequis fortiter illi resistere debes. Resistite dia-  
*Iacob. 4.7.* bolo & fugiet à vobis, inquit D. Iacobus; nec villo modo dilationibus vti, id enim & no-  
cuit multis plurimum, & victoriam reddit diffi-

difficiliorem, crescente ac vires viribusque  
suum è mora trahente tentatione. Magnum  
etenim animarum periculum est remediū  
procrastinatio. A qua auertit nos cum hoc,  
tum sequens verbum.

I E S U S Saluator inquam. Quid enim Sal-  
uator vult velle ne potest, quam salutem sal-  
uandorum? quid exoptat magis quam ut per  
pœnitentiam conuertamur ad illum, & vi-  
tuamus in illo? quid denique, quam ut deui-  
cto diabolo, tum ipsius, tum nostro hoste  
salutem obtineamus? Idcirco ducem se no-  
bis præbuit in Euangelio hodierno, in de-  
uincendis temptationibus. Duce autem præ-  
eunte quis stertere audebit? Hunc igitur i-  
mitemur, & simul illud quod subiungitur.

D U C T U S est perpendamus, nobisque <sup>3. statim</sup>  
applicemus. Ducimur enim nos quoque <sup>pœnitendū</sup>  
cum ad temptationem: tum vero ad victoriam, <sup>suxta mo-</sup>  
illam ut sustineamus, hanc ut acquiramus, <sup>rem lauda-</sup>  
quod in lapsis fit per pœnitentiam. Ad pœ-  
nitentiam vero cum alia multa, tum vero il-  
la nunquam satis laudata nos dicit & indu-  
cit consuetudo, quæ in nostris partibus ab i-  
pso Christianæ fidei exordio viguit semper,  
nempe ut omnes Christi fideles in ipso qua-  
dragesimæ ingressu, vel paulo post primam  
(sic enim illam vocare soletis) suam expe-  
diant confessionem. O diuinum institutum.  
O morem sanctissimum. Hunc ego vobis.

<sup>2. Iesuſo-</sup>  
<sup>que. Quia.</sup>

<sup>pœnitendū</sup>  
<sup>suxta mo-</sup>  
<sup>rem lauda-</sup>  
<sup>tissimum.</sup>

N O T A .

*Gen cimis  
fructus.*

*L. Cor. 3.17.* totis visceribus commendo dilectissimi, regoque ut ne unus sit quidem, qui sanctæ huic consuetudini non faciat satis. Quo vero cum fructu? Ingenti sane & vario: primo Deum vobis placatum reddetis: secundo, iejunia & alia opera vestra condietis, ut sint sapida Deo: tertio Angelos laetificabitis: quarto Ecclesiam & templum quod estis vos, edificabitis: quinto meritum vobis plurimum augebitis: denique veros & legitimos filios piorum Polonorum vos esse monstrabitis. Stipes est qui istic non mouetur. Si autem requiritis, quidnam ad id præstandum sit vobis necessarium. Respondeo, eundum vobis esse.

*¶ Examen  
adhibendū  
in deserto.*

*Psal. 118.5.  
105.*

*Psal. 28.7.*

*Tren. 3.28.*

IN DESERTVM, non quidem pedibus corporis in desertum corporale, sed pedibus mentis in desertum spirituale. Habet enim anima pedes quoque suos, de quibus David. *Lucerna pedibus meis verbum tuum,* neque enim verbum lucere pedibus corporis potest. Sed & desertum spirituale reperiri, idem testatur cum ait. *Vox domini con-*  
*cutientis desertum.* O vox salutaris. O vox paenitentiarum, in deserto cordis, ubi sedebat ille de quo dicitur: *Sedebit solitarius & tacebit,* quia leuauit se super se. Eum itaque imitantes dilectissimi, sedete solitarii, leuantes mentes vestras, supra minus recte facta, dicta, & cogitata vestra, quæ postquam be-

ne ex-

nē excusseritis vniuersa, ite in desertum Cades. *Psal. 28. ps.*  
id est desertum sanctitatis, sanctificantes  
vos Sacramento p̄nitentie, in remissionem  
peccatorum. Itote autem ducti.

A SPIRITU bono, qui vos ad hæc *s. Timor*  
impellit: tum timore, tum spe. Ad *& Spes.*  
p̄nitentiam quidem timor valet, ne eam  
differas, spes valet, ne in desperationem  
corruas. Similiter ad sustinendas tenta-  
tiones timor valet, ne mala securitas na-  
uem animæ tuæ euertat. Nemo enim magis  
in periculo, quam qui putat se sine periculo  
esse: spes vero valet, ne bona absit se-  
curitas, quæ te docet fidere Deo, is e-  
nīm supra vires non permittit tentari  
quenquam. Tentaberis tamen, quia scri-  
ptum est.

V T T E N T A R E T V R. Itaque præpa-  
res te ad eam. Non enim vult Deus do-  
na sua & arma tibi data esse otiosa. Exeren-  
da igitur & vibranda sunt, & solerter &  
vigilanter. Nam & aduersarius vigilans est,  
& callidus nimis. Tentaris enim & tenta-  
beris,

A D I A B O L O, cuius potentiam ad-  
umbraui tibi paulo ante, astutiam vero ibidē *7. Miser*  
*diaboli.* notatā habes. Inquit n. de eo Deus inter alia  
multa. *Quis reuelabit faciem indumenti eius.* *& Iob. 41. 4.*  
medium oris eius quis intrabit? Neq; ergo nos  
sue

sive dentes, sive squammas eius (utriusque enim ibi est mentio) numeremus, sed vigilando, orando, laborando, spem nostram collocemus in bonitate Dei. Cuius nunc quid hic quoque & alias saepe cum te monet ut resistas diabolo, cvidens non vides argumentum? Facit enim ut parens vel amicus noster. Sicut enim hi si vident nos canis rabi, vel leonis morsibus peti, clamare solent ut nobis caueamus, ita omnino benignissimus Iesus per se, per Apostolos, per Prophetas suos idem nobis praestat. Modos cauendi cum, recensendi tempus non datur, dicimus quadam in aliis concionibus.

Proinde finem dictis dicto Mosis facio. Recordaberis ait ille ad populum Israeliticum cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, ut affligat te atque tentaret, & nota fierent que in tuo animo versabantur, utrum custodiæ mandata illius, an non. Idem ego dico tibi o popule Christiane tanto æquius, quanto plura tu pro illo beneficia à Deo sortitus es, probavit te Deus temptationibus, ut nota fierent que in animo tuo versantur, non quidem Deo ipso, qui omnia nouit: sed ut tibi & proximis tuis sit cognitum, utrum custodiæ mandata illius, an non. Fiat igitur obsecro te notum omnibus Angelis & hominibus, non impoenitens, non murmurans, non male de iudiciis

*Conclusio  
dicto Mosis  
& summa.  
Den. 8. x.*

*2. Specie  
Deo cum  
laboro, &c.  
& suis.*

ciis Dei indicans, sed bonum syncerum & curam salutis suæ gerens, cor te gerere: fia cognitum ex bona conuersatione tua, te mandata Dei custodire: his enim duobus insultus Diaboli, cum instrumentis & affectis ipsius facile superabis vniuersos. Addes porro mortificationem carnis, per ieiunia alias que eius afflictiones, ut debilitato instrumento, ipse quoque Sathan debilitetur. Ad des denique gladium verbi Dei, ut te & Apostolus monet & Christus facto ipso docet: ita enim fiet, ut impleatur in te quod pulchre inquit Augustinus [ideo tentatus est Christianus, ne vinceretur a tentatore Christianus] non solum enim non vinceris, sed etiam vincas in eo & per eum, qui cum patre in unitate Spiritus sancti viuit & regnat Deus in secula. Amen.

Eph. 6.18.  
August. 116  
Psal. 90.  
parte secund  
da.

## CONCIO II.

### FIDES.

I E I V .  
N I V M

*Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt.*

**L**EPIDE ut illis quidem videtur: at ut *Veritas fert, & si ita loqui fas est, lippide,* Lepida ha-  
racterum  
id

*ab exem-  
plo Christi  
ratiocina-  
rio.*

id est lippientibus, imo excætatis mentis oculis ministri hæreticorum apud suos, ab exemplo Christi argumenta deducere consueuerunt. Etenim quotiescumque in vita Christi inueniunt quidpiam, quod carni & sensui, quoquo modo placere potest, id audeat artipiunt, laudant, inculcant, suis admittandum proponunt, ipsiq; primi exemplo aliis præeunt suo: at vero si quid animalitati suæ contrarium inibi esse animaduerterint, vertunt stylum, & aut surda id aure prætereunt, aut negatiuas inde formant consequentias, nempe idecirco id Christum vel fecisse, vel passum esse, ne nos ad tale quid præstandum obligati simus. Vnde sit ut ministri, quotiescumq; Christum dominū carnes comedisse, vinum bibisse, eōmuniq; cū aliis mensa vsū fuisse, in nuptiis fuisse (quod vehementer illis placet) vident, ita hæc aggrediantur vniuersa, ut Iesum longo intervallo post se relinquant. Ceterū dum legūt, eundem Iesum, nudis vel pene nudis (non n. ei detrahebat calceos Magdalena in conuiuio) pedib. ambulasse, in eremo latitasse, in oratione per noctes, castitatem seruasse, ieiunia denique tum Iudæorum omnia obseruasse: tum alia addidisse (sicut in hodierno patet Euangelio) hæc inquam & alia generis eiusdem, cum ministri intuentur; aut veteris legis, quæ iam exoleuit fuisse, aut ad fe ni-

*Luc. 7.37.*

*Mat. 4.1.*

*Luc. 6.12.*

se nihil pertinere assuerant. O nouum argumentandi genus. O miranda, sed non imitanda collectionū colluies. Quis videns non vider, quo ex spiritu ista procedant? nū ex illo, à quo IESVS DVCTVS EST IN DESERTVM vt ibi iejunaret: an vero ex illo qui & olim ad sumēdum cibum vetitū induxit primā nostrā parentē, & hodie inquit DIC VR LAPIDES ISTI PANES FIANT? Sed nos inquiunt heretici, neq; cibum prohibitū degustamus, neq; Christum in tali dierum iejunio imitari possumus. Hoc quidē postrius verū, sed ad rē nihil; illud vero prius falsū est omnino. non n. delibatis modo, sed ēt plenis buccis voratis cibos vetitos, tempore prohibito. Negatis? Id igitur probemus.

Quare in hac concione, præmissa the-  
matis explicatione, de iejunio agemus, & in-  
uestigabimus quidnam sit iciunium? quam  
res sit antiqua, quo authore & institutore,  
an fuerit iussum & vbi, quam item fuerint  
grata Deo iejunia, etiā illa quæ indicta sunt  
ab hominibus: quid præterea de eo sit in no-  
ua lege, quamq; sapienter & amanter omnia  
fuerint constituta: denique quonam modo  
hinc Ecclesia Christi à Synagoga Sathanæ  
secerni queat. Da Christe Iesu, ita hæc & cō-  
sideremus & exequamur, vt per iejunium,  
eo vbi nullum est iejunium feliciter perue-  
nire valcamus.

The-

PROPO-  
SITIO  
*ad puncta  
continet.*

*P. PVN.  
CTVM  
Thema.*

Thema propositum multa non indiget explicatione. Vix enim quidquam habet difficultatis. Posteaquam enim Christus Iesus Dominus noster, ductus fuisset à Spiritu sancto in desertum, ut tentaretur à diabolo, ut in prima habuimus concione.

Et cym, idem dubio procul in oratione, meditatione, contemplatione constitutus.

I E I V N A S S E T , nihil penitus cibi potuisse sumendo.

*Exo. 24.18 Ex. 34.28. 3. Reg. 19.8 Aug. epist. 86.* QVADRAGINTA D I E B U S . quod & antea fecerant Moyses quidem bis, Elias vero semel, ut diuinæ literæ testantur : post Christum autem serui & ancillæ ipsius quibus id doni ille concederat, quod Augustinus refert de quodam, Theodoreto de Simeone Stylo, ali de Catharina Senensi, alii de aliis, cumque non diebus tantum, sed.

*Noctium cu. fiat mē* ET QVADRAGINTA NOCTIBVS, tam Christus quam cæteri. noctium vero hic sic mentio, ne Christus more ludeorum, interdiu quidem nihil, sed noctu aliquid degustasse putaretur.

*Christus tarda e/psie viuit.* POSTEA ESVRIT. An alii hoc intermedio tempore esfriuerint, non constat. Christum totis quadraginta diebus & noctibus famem non esse passum, apud me certum est : id enim & particula POSTEA hic docet, & Lucas exprimit dicens, *& con-*  
*summatis*

summatis illis esuriſte. nil igitur eiusmodi ſen- Luc. 4. 3  
ſerat, antequā dies illi finirentur. Imo vero  
ne tunc quidem esuriſſet, ſi famelcere no-  
luiffet. His præniffis ad iejunium venia-  
mus.

Quærimus igitur quid ſit iejunium. Re- II. PVN-  
ſpondent hæretici more ſibi conſuetu- C T V M  
fraude celeberrima, ideoque notatu & re- Quid ieju-  
petitione digniſſima. Hæreticis enim in re- nium.  
bus ac ceremoniis, sacramentisque diuinis, Frauge-  
nihil eſt ſolemnius, quam id quidem quod neralis ha-  
in illis eſt, ex accidenti, ſummpere exag- reticorum  
gerare, interim vero, ipsam ſiuē rei, ſiuē Sa- notandæ.  
cramenti eſſentiam, aut deprimere, aut fun-  
ditus ē medio tollere. Demus eſt ſingulis no-  
ſtri temporis hæreticorum classibus exem- Exempla:  
pla ſingula. Prodeant primi Anabaptiſtae,  
iſti dum in baptiſmo triuam in aquam im-  
mersionem contentiоſiſſime vrgens, ipſo  
baptiſmate, & infantes omnes, & adultorū  
multos (ſicut iſpi vidimus) omnino pri-  
uant. Caluiniani autem dum feſſionem ad  
mensam (aliqui etiam accubitum) in perce-  
ptione Eucharistiæ promouent, iſpum cor-  
pus & ſanguinem Chriſti domini auferunt  
ē Sacramento. O cæcitas. O ſacrilegium.  
Quid vero Lutherani? Iſti tam acriter de  
ſpeciebus in perceptione ejusdem Eucha-  
ristiæ contendunt ut malint & ſchismata nu-  
trire & iſpo ſacramento priuari, (quod fit

D passim

40 DÓMIN. I. IN QUADRAG.

passim, cum sacerdotibus legitimis qui id eis  
conferrent careant ) quam sua pertinacia  
quidquam decidere.

*Ieiunio.* Eodem penitus hic quoque procedunt  
tramite. Nam ut præterita dominica decla-  
rauimus iejunium vocant ieunii quasdam  
proprietas, quas dum extollunt, ipsum  
interea iejunium penitus tollunt. Quanta  
simplicium deceptio: Quanta Catholico-  
rum diuexatio quis enumerabit? Sed scri-  
pturam inquiunt, nos ad id comproban-  
dum attulimus. Quam vere quamve ad rem  
id egeritis, ostendi ante octiduum, nec est  
quod repetam. Certe si de scriptura res

*Scriptura  
copiosa &  
toto mun-  
do teste.* agitur, vni loco peruerse à vobis allato (no-  
bis enim plusquam vobis fauere illum  
tunc demonstrau ) opponam plusquam  
octuaginta scripturæ testimonia, è quibus  
luce meridiana constat lucidius, non hoc  
quod vos vultis, sed quod Catholici (imo  
& Iudæi, & Mahometani, & Ethnici o-  
mnes) sentiunt iejunium esse, nempe AB-  
STINENTIAM A CIBO: ad hanc defi-  
nitionem excute omnia scripturæ loca, &  
rem ita se habere videbis euidenter. vbi e-  
nim aliqua à cibo abstinentia non est, ibi  
nec iejunium ullum erit. Nunquid in ipso  
themate non vides hanc ipsam ieunii de-  
scriptionem, quod quadraginta dierum à  
cibo abstinentiam iejunium vocat? illa vero

quæ

*Ieiunium  
est à cibo  
abstinentia.*

Concio

ne

que ex Isaia adferuntur, conditiones vel condimenta potius sunt quædam, sine quibus tamieiunum, quam quodus aliud opus Deo sapidum esse nequit. Hoc est enim illud sal, quod ad omnia sacrificia adhibere iubet Deus in veteri testamento. Sicut enim sine sale cibi ita sunt insipidi, ut ne vii quidem iis aliquis possit. Iobo attestante cum inquit: aut poterit comedи insipsum, quod non est sale conditum? quasi dicat minime, cum tamen salipsum, non cibus, sed cibi sit sapor, ita omnino iustitia, misericordia, obedientia, que ibi propheta commemorat & commendat nonieiunium, sed condimenta suntieiuniorum, sine quibus neque hoc, neque alia similia Deo placebunt vñquam. Ieianii vero quod descripsimus duo sunt genera, tam in scriptura quam alibi expressa. Vnum quod à superiore præscribitur, aliud quod vltro à quovis suscipitur. Vtrique competit definitio, sed de primo nobis maxime est agendum.

Dicit fortassis hæreticorum quispiam, *Hereticorum* se non negare id quod nos afferuimus esse *malitiam*, *ieiunium*. Respondeo, si vos id non negatis *NOTA*, qua igitur impudentia ac malitia plane diabolica illo Isaiaz testimonio Catholicorum *ieiunia* oppugnatis? cum sciatis neque id esse *ieiunium*, neque nos diffiteri ea que habet propheta, requiri ut *ieiunia nostra*

*Isa. 58.5.*  
Cetera cond.  
dimetia sub  
ieiunis.  
*Vt sal.*  
*Lev. 7.22.*

*ieiunium  
duplex.*

sint accepta Deo? Sed vobis nihil est antiquius, quam fidem Catholicam in odium adducere, siue veris ( quod nunquam ) siue apparentibus ( quod raro ) siue falsis ( quod semper fit ) argutiis vestris, saepius contra propriam etiam conscientiam & scientiam prolatis, quorum è numero ista est. Non enim me latet nascitores vestrum ineptias istas Lutheranas erubescere, serioque quasi inuestigare velle, quidnam sit ieunium. Vnde verba illa Caluini ortum habuere [ definiamus ( inquit ille ) quid sit ieunium. non enim simpliciter continentiam & parsimoniam in victu hic intelligimus, sed quiddam aliud.]

*Caluinus  
in sua de  
reiunio sen  
tentia.  
Calu. insti  
lib. 4. c. 12.  
Sect. 18.*

At vero ut declararet quidnam hoc sit aliud versat se in omnem partem, astuta vulpes, ac tandem ieunium vocat [ quem aliquid ex consueta viuendi ratione detrahitur, vel addiem vnum, vel ad certum tempus ] Quibus in verbis essentiale nostrae definitionis partem explicatam vides. Pergit porro Caluinus de ieunio differere, & ait [ Hoc in tribus situm est, in tempore, in ciborum qualitate, & parsimonia ] Ita vero tria nouus legislator pro libitu discerit suo, ac tandem concludit [ quantitas vero in hoc est, ut parcius & leuius solito vescamur : tantum ad necessitatem, non etiam ad voluptatem ] Deus bone, quam

quam in paucis verbis multa absurdia.  
Primo, quid impudentius, quam tibi <sup>1. Impudēs.</sup> adscribere velle, quod toti Ecclesiæ negas?

Secundo quid absurdius, quam vel- <sup>2. Absur-</sup>  
le ut totus mundus tibi obediatur etiam si <sup>dus.</sup>  
nullam scripturam afferas, cum tu de-  
cretis ecumenicis in scriptura fundatis  
obsequens esse nolis? Tertio qualitatem <sup>3. Incon-</sup>  
ciborum in ieiunio requirit Caluinus <sup>stans.</sup>  
(non audet tamen eam determinare) qua  
nihil magis in nostris ieiuniis insectantur  
hæretici. Quot enim sunt hæreticorum  
contra nostrum delectum quem vocant ci-  
borum inuectiæ & scommata? Ultimis  
denique verbis ostendit qualis doctor sit,  
nempe qui extra tempus ieiunii concedit  
Christianis cibo voluptuose vti, quod et-  
iam ipsi Philosophi, solo lumine naturali  
duce, discipulis suis negabat. præscribabant  
enim non voluptati sed necessitatibus, in cibo  
sumendo studendum esse.

Sed bene est, quod veritatis pondere <sup>III. PVN-</sup>  
pressi & oppressi, saltem quidam illo- <sup>CTVM</sup>  
rum agnoscant, quid sit ieiunium. Pro-  
grediamur igitur vterius, indagemusque  
& antiquitatem & authorem eius. Nec  
multum est laborandum, vtrumque enim  
pandit nobis initium scripturæ sacræ. Ie-  
junium enim & non aliud authorem ac

D 3

insti-

<sup>4. Legina-</sup>  
<sup>tura con-</sup>  
<sup>trarium.</sup>

<sup>Antiqui-</sup>  
<sup>tas & au-</sup>  
<sup>thor ieiunii</sup>

institutorem habuit, quam ipsum Deum, & res est tam antiqua, quam antiquus mundus. Primo namq; die quo creatus fuit homo prodiit illa vox ex ore Dei ad Adam. *Ex omni ligno paradisi comedere, de ligno autem scientie boni & malorum comedas.* En tum ieiunium ipsum iuxta datam descriptionem, abstinentiam videlicet à certo cibi genere: tum aucthorem Deum: tum antiquitatem eius.

*Gen. 2.17.*  
IV. PVN-  
CTVM  
preceptum  
diuinum,  
2. in statu  
innocentie.

*Gen. 3.17.*

Neque id solum, sed & præceptum expressum de ieiunio habemus. Dicit enim Deus, ne comedas, quod vtique mandantis est verbum. Imo ipse Deus expresse præceptum illud vocat dicens ad Adam: *præceperam tibi ne comederes.* Itaque demirari satis nequeo, tantam de ieiunio, diuinam sollicitudinem, vt nulla diuina lex fuerit in mundo, quæ præcepto de ieiunando caruerit: Nostis enim statum hominis quadruplicem tantum esse, nempe innocentia, ac tum naturæ tum veteris tum nouæ legis. De primo iam diximus, & obstupuimus sane, partim quod status omnium liberrimus, ab eo tamen præcepto liber esse non potuerit: partim quod nulla alia lex diuina quam positivam vocant tum data fuerit, præter hanc solam de abstinentia: Tantopere Deo, semper cor di fuit ieiunii institutio. Quam postea misericorde propagauit. Etenim in statu qui lumen

*¶ In lege  
naturæ.*

mine naturæ regebatur habemus aliam  
ieiunii legem , ex ore ipsius Dei dicen-  
tis ad Noe. Omne quod mouetur & vivit, *Gen.9.5.*  
erit vobis in cibum , quasi olera viventia  
tradidi vobis omnia , excepto quod carnem  
cum sanguine non comedetis. Audis denuo  
præceptum non comedetis ? Plura quod *Iona 3.5.*  
sciam de ieiunio in illa lege in scriptura non  
habemus : sed habemus in traditione.  
Niniuitæ enim qui hac so a lege rege-  
bantur , indixerunt sibi ieiunium grauis-  
simum. Quo duce ? nisi traditione , qua  
Deo id placere sciebant ? neque vero falsi  
sunt ut nostis. De ieiunio veteris legis, *3. In Veteri*  
non est quod agam , cum omnibus nimis *testamento.*  
sit in propatulo , ibi tot & tales hac de re  
fuisse diuinas institutiones , vt mirum dictu  
lectuque sit Deum optimum maximum  
ad ordinandas res tam minutæ descendere  
voluisse. Causam assignabo paulo post:  
nunc illud addo , eos qui ieiunium serua-  
runt , charos , qui vero illud præuaricati  
sunt odiosos Deo fuisse semper: hoc testan-  
tur primi parentes: illud Angelus apud To-  
biam , utrumque euentu totius antiquitatis.

Quodque miremini magis , non solum  
a Deo sed etiam ab hominibus ieiunia con-  
stituta , tam grata fuisse Deo , vt obseruato-  
res eorum præmio , transgressores vero pœ-  
na afficerentur. Hac ratione a rege Niniue

D 4

*Tob. 12. 10.*  
*V. PVN-*  
*CTVM*  
*præceptum*  
*humanum*  
*charum*  
*Dco.*

illis

**NOTA.** illis verbis indictum *ieiunium*. *Homines & iumenta & boves, & pecora, non gustent quidquam nec pascantur, & aquam non bibant, tum acceptum fuit Deo, vt decretum illud suum per Prophetam publicatum. Adhuc quadraginta dies & *Niniue* subuertetur, anti-quare voluerit. E contrario vero quia Io-nathas, mandatum patris sui Saul dicentis. *Maledictus vir qui comedet panem usque ad vesperam, & ignorando ( absens enim erat cum promulgaretur) & leuissime, virga tan-tummodo aliquid mellis degustas violauit, in tam acrem diuinam incurrit indignatio-nem, vt neque responsum illis dare, neque victoriam quam in manibus habebant pro-sequi Iudeos pateretur. Quis ad haec non obstupecsat? Omnes certe sanæ mentis id mirantur homines, sed non ministri ha-reticorum, qui talia ne ad aures quidem admittunt: quæ vero carni sunt placi-da, & vtraque complectuntur manu, & suis multum commendant. Quid vero dicam de *ieiuniis* vltro susceptis ( quod alterum erat illorum caput) quam & fre-quenter ea obseruata, & Deo grata, mul-tisque ab eo in Achab, Tobia, Iudith, He-ster, & aliis dotata fuerint muneribus? Ni-hil omnino: tum ne nimium nostra excre-scatur oratio: tū quod de his inter nos & aduersarios, non sit tanta controuersia: non quod**

quod illa obseruent ( id enim benè cauent)  
sed quod non sint tanti roboris.

Itaque ad nouum Testamentum venio,  
in quo ante victoriam nostri hæretici mul-  
tum triumphant, afferentes in lege Euange-  
lica, nullum esse de iejunio præceptum. At  
errant & in errorem inducunt incautos. Fa-  
teor tam expressam ut in antiqua lege, hic e-  
ius non esse mentionem, sed ratio in prom-  
ptu est, quam & ponit, & neruose discutit  
Paulus ex figura cum duarum vxorum A-  
brahæ: tuin filiorum, quorum vnum de an-  
cilla, & vnum de libera habuit. Pulcherrima  
allusio. Sicut enim cum quis caret vxore,  
ea quæ ad victimum remque familiarem per-  
tinent, ipse ancillis suis præscribit omnia,  
quæ postmodum ducta vxore, illi ordinan-  
da permittit vniuersa: ita omnia Deus an-  
cillam habens (teste Paulo) in veteri Testa-  
mento, sicut alijs de rebus exilibus, ita de ie-  
junio ferculisque ipse decrevit, quas videli-  
cket carnes, pisces, volucres, comedere, & à  
quibus abstinere deberent; quomodo item  
in iejunij vsq; ad vesperum nihil eis sumen-  
dum esset cibi, & reliqua minutiora sanè:  
postquam vero in nouo Testamento spon-  
sam habere cepit, quam acquisiuit sanguine  
dilectissimi filii sui, ei hæc in manus tradidit  
vniuersa, committens ut pro ratione loco-  
rum, temporum & personarum statueret, &

V I. PVN-  
CTVM  
Nouum Te-  
stamentum  
euobscu-  
rius de se.  
iejunio.

NOTA.  
1. ex figura  
D. Pauli.  
Gal. 4.22.  
2. A simili  
exemplu.

Quid Ec-  
clesia possit  
in iejunij.

D 5      ieju-

ieiunia, & festa, & alia generis eiusdem. Hoc est quod inibi permittit nobis Apostolus mysterium, hic quem in Ecclesia Catholica habemus thesaurus, hæc liberalis quam Christus sponsæ suæ reliquit facultas. Eademque est causa essentialis, cur in noua lege de ieiunio, non sint tam expressæ, vt in alijs legibus constitutiones. Dedit enim Christus Dominus præceptum tantum generale ieiunij: at quonam modo illud esset transigendum, totū sponsæ suæ præscribendum comisit.

*PRÆCE-  
PTIVM IE  
IVNAN.  
Dt in noua  
lege proba-  
tur.  
I. Verbis  
Augustini.  
Aug. epist.  
86. ad Ca.  
fulanum.*

At quærit hæreticus, vbinam sit istud de ieiunando Christi Domini in noua lege præceptum? Profecto si mens pertinacia cæcata non fuerit facile illud reperiens, prout inuenit illud D. August. cum inquit, [Ego in Euangelicis & Apostolicis litteris, totoq[ue] instrumento, quod appellatur testamentum nouum, animo id revoluens, video præceptum esse ieiunium. Quibus autem diebus non oporteat, præcepto Domini vel Apostolorum nō inuenio definitum.] Hæc August. Et merito sane vtrumque. Hoc enim postremum arbitrio ecclesiæ est relictum; illud vero, nempe vniuersale de ieiunando mandatum constat: tum ex lege naturæ (cui ieiunium insculptum est) ad cuius obseruationē nos Christus Dominus obligauit: tum ex ipsa scriptura quadruplici capite,

pite, colligitur. Ex verbis, inquam, Christi  
 haud obscuris, ex propheta eius, ex usu & e-  
 xemplu. Quis plura desideret? Verba Apo-  
 stolis, & in Apostolis nobis omnibus à Chri-  
 sto dicta sunt illa duo. Cum ieiunatis. Qui-  
 bus non meo modo, sed & aliorum iudicio,  
 ita modus ieiunandi traditur, ut aliquando  
 ieiunandum esse præcipiatur. Sicut enim  
 nemo dubitare potest, cum Dominus seruo  
 suo præscribit modum operis alicuius exer-  
 cendi, illum simul, imo præcipue & princi-  
 paliter opus illud ei demandare; ita omnino  
 hic seres habet. Dat modum arandi agrum  
 famulo colonus, scribendi literas notario  
 herus, memorię mandandi aliquid magister  
 discipulo suo, nec quisquā dubitat hos om-  
 nes præcipere, ut opera illa fiant; & vero cū  
 Christus Deus & legislator novi Testamen-  
 ti, rationem præscribit ieiunandi, negareau-  
 debit Christianus illum velle ut ieiunemus?  
 Cupit quidem, inquit hæreticus, ut ieiune-  
 tur, sed præcepto ad id neminem cogit. Hoc  
 vero vnde habes, nisi ex tuo capite? imo ex  
 capite eius qui caput tuum infatuauit Satha-  
 næ? Si ita interpretari licet, omnia plane-  
 diu nappa excepta facile eludemus, & in liber-  
 tatem possemus. O quam seueram dabunt  
 rationem Deo ministri pro hisce suis axio-  
 matibus. Ego certe nullam ibi video liber-  
 tatisnotam, non particulam. Si, non quid-  
 quam

2. Ex lega  
 natura à  
 Christo ap-  
 probata.

3. Ex verbis  
 Christi.  
 Matt. 6. 16

*Ex simili-  
 phrasibus.*

*Solutio re-  
 dargitur  
 de liberta-  
 te.*

quam aliud eiusmodi. Addo aliquid amplius; quod etiam si hæc particula adesset, male nihilominus concluderem inde libertatem. Exemplo sunt immediata illa, quæ

*Matt. 6.15.* hæc præcedunt Christi verba. Si autem non

dimiseritis hominibus, nec Pater uester dimittere vobis peccata vestra. Concludat inde quispiam, liberum sibi esse dimittere offendit proximo. Quis nisi insipiens hanc ferat consecutionem? multominus igitur, illa de libertate ieunij ferenda erit; cum & statim, & absolute subiungatur. *Cum ieunatis.* Stat igitur ex hoc capite præceptum ieunij.

*¶ Ex prophetia Tum  
di recte.  
Mat. 9.14.  
Mar. 2.18.  
Lue. 5.35.* Alterum est ex prophetia eiusdem Christi Domini desumptum, ac totidem verbis à tribus Euangelistis expressum; illis videlicet, *Tunc ieunabunt.* Occasionem eorum nostis. Eam enim Matthæus his describit verbis, Accesserunt ad eum discipuli Ioannis dicentes. Quare nos & Pharisæi ieunamus frequenter, discipuli autem tui non ieunant? Et ait illis Iesus. Nunquid possunt filii sponsi ligere, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus. & TVNC

*Tum ex eo-  
fessione ad-  
uersariorū.* IEUNABUNT. Respondent hæretici nihil hic esse aliud, quam prophetiam Christi, discipulos ieunaturos post eius discessum. Quod dant accipiamus, & sic subsumamus. Christus Dominus prædictus discipulos suos ieunaturos: at hæretici non ieunant; non sunt

sunt igitur Christi discipuli. Nos certe qui cum illis à pueritia viximus, vidimus, & testimoniū īeiunia illorum esse pene vel plene nulla. E contrario sic de Catholicis concludimus. Signum legitimæ prolis est, non solum expressa mandata, sed etiam nutus parentum suorum exequi & libenter & diligenter. Hoc Catholicī faciunt, prophetiam Christi pro nutu voluntatis eius acceptantes. Vera igitur proles eius erunt; secus qui fecerūt se gerunt.

Vl̄us sequitur & mandati Christi execu-  
tio, tam ab Apostolis, quam ab alijs Christi  
discipulis, & vniuersa ciuius Ecclesia, quæ in  
Oriente, quæ in Occidente, quæ per totum  
orbem diffusa est. Hæc enim seruauit & ser-  
uat semper īeiunia. In Actis Apostolorum,  
non solum de īeiunijs, sed etiam de īeiuna-  
tionibus legimus. Apostolus vero Paulus  
de seipso inquit, *in fame & siti, in īeiunijs mul-*  
*tis, quibus in verbis expresse īeiunium à fa-*  
*me fecerūt, quæ nostri hæretici passim con-*  
*fundunt, & hoc ipsum in Euangelio videre*  
*licet. īeiunauit enim Christus quadraginta*  
*diebus, ac tandem esurijt. potest enim esse*  
*& īeiunium sine fame, & è contra esuries si-*  
*ne īeiunio. Denique idem Paulus, in hodi-*  
*erna epistola hortatur nos ad īeiunandum.*  
*Hortatur, inquit hæreticus, sed non cogit*  
*vt vos facitis. Quis tibi dixit, illum hortan-*

S. EK. C. M.

In Actis A-  
postol. In D.  
Paulo.  
Act. 13. 2.  
Act. 14. 23.  
2. Cor. 11.

27.

2. Cor. 6. 5.  
Solutio de  
libertate  
iterum re-  
geritur.  
NOTA.

do præ-

32 DOM. I. IN QUADRAG.

do præceptum non dare? nunquid ad præcepta seruanda hortari alios non possumus? Imo si bene res perpenderimus, omnia ad quæ ibi Apostolus hortatur fideles, vñm præcepti obtinere animaduertimus. Exhortatur enim nos ad patientiam in tribulationibus, in necessitatibus, in castitate, in scientia, in charitate non ficta, in veritate, & alijs multis, quæ ibi enumerat. Sicut ergo ad castitatem, charitatem, veritatem, patientiam, &c. ita etiam ad ieiunia, quæ in eodem sunt contextu sermonis, obligari me dicam vi præcepti: tu è contrario quæ tibi placet sub præcepto ponis, quæ displicent libera esse pronuntias, quo authore nisi capite tuo proprio; cuius iudicium pro verbo Dei miseræ vendis plectuæ? O stupor. Ego pro mea interpretatione habeo & ipsam scripturam, & totam antiquitatem, quæ semper & ubique docuit & docet esse in Ecclesia ieiunium ex præcepto: tu è cōtra aliquot capita ministrorum, cum coriphæis eorum producis contra omnes, & vis ut tibi non mihi credatur? Quaproterua? qua impudentia? Denique enī inter nos de interpretatione loci huius est grauis differentia; da igitur mihi iudicem in mundo, qui inter nos possit discernere, ut impleatur quod præcepit Christus dicens. Mat. 18.17 Dic Ecclesiæ. Quem quia non dabis vñquam, agnosce miser illum in Ecclesia Catholica, &

Index exi-  
gitur.

ea; & da tandem manus veritati : O vti-  
nam.

Aliud probandi præceptum iejunij ex  
scriptura caput est, ipsum quod in Euange-  
lio hodierno descriptum habemus exem-  
plum Christi Iesu, ex quo nos cum hæreticis  
contrario argumentamur modo : illi enim  
ideo Christum iejunasse, ne nos ad iejunan-  
dum obligemur : nos vero idcirco id illum  
fecisse ut nos eum imitemur concludere so-  
lemus. Vt et nostrum melius ? Nos certe  
& propositionem, & assumptionem in scri-  
ptura habemus. Inquit enim Petrus, Chri-  
stus passus est pro nobis, vobis relinquens exem-  
plum, ut sequamini vestigia eius. Paulus vero  
ait, Estote imitatores Dei. Hinc nos subsumi-  
mus. Atticium passio quedam est, quam  
sustinuit pro nobis Christus Deus, imitan-  
dus igitur erit in iejunando Christus Deus.  
Sed ego inquit hæreticus non possum ieju-  
nare quadraginta diebus nil comedendo, ut  
fecit Christus. Respondeo, neque me id  
posse; quid ergo inde ? Id inquit, nos ad ie-  
junandum non obligari. Certissimum est  
ad tale iejunium te nō tencri, sed ad nullum  
te obligari vide quam inepte concluditur.  
Dicit Christus, Estote misericordes, sicut &  
Pater vester misericors est. Et iterum : Discite à  
me quia mitis sum & humilis corde. Arguat Similis phra-  
quispiam & dicat : at ego non possum esse scriptura-

*6. Exemplum  
Christi Gen-  
de conser-  
vij argu-  
mentando  
modo.*

*Nosferè  
scriptura.*  
*NOTA.*  
*1. Pet. 2. 21.*

*Responsum  
hæreticorum  
reveretur.*

*Luc. 6. 36.  
Mat. 15. 28.*

*tam*

*Mat. 5.40.* tam misericors, vt Deus, neque adeo humiliis vt Christus. Non teneor igitur esse misericors, non humilis, nō alijs virtutibus præditus, quia idem Christus inquit, *Estat ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est*, quod vtique impossibile est; ad nihil igitur horum teneor. Videtis ad quanta absurdita vestra vos propellant sophismata? Nos vero simplices simpliciter ex dictis concludimus. Sicut ad misericordiam, humilitatem, aliasque virtutes non in ea quidem qua Christus illis prædictus fuit perfectione, sed ad illam quæ fragilitati nostræ conformis est qualitatem & quantitatem: ita etiam ad ieiunandum certo modo & ratione, quam nobis sponsa ipsius, cui id negotij dedit præscribit, obligari.

*DE MO.* Vnde est (dicet hæreticus) ista obligatio?  
*DO. IEIV* vel qui modus ieiunandi, num is quem vos  
*NANDI* obseruatis, cum rato ciborum delectu, cur i  
*obedio ha-* tot superstitionibus nouo instrumento con  
*ret.* *Mat. 15.11.* trarijs? Nonne inquit Christus, non quod  
*1. Tim. 4.1.* intrat in os coquinat hominem. Et Apostolus prophetat in nouissimis temporibus surrectu  
 ros loquentes mendacium, & iubentes ab  
 stinere à cibis quos Deus creavit? quæ omnia cum vobis competant, de vobis etiam præ  
 dicta fuere. Hæc istoru est oratio, quæ pha  
 leris verborum & fuso calumniarum orna  
 ta, Deus meus quam multos seducit? Sed  
 vos

vos Catholici mei bono estote animo, & carni ventrique dediti non sitis, videbitis que haec vobis nihil; illis vero nocere plurimum. Obligationem iejunandi in noua lege queris? Hanc eandem vel pœne eadem esse ait, quæ erat olim in lege Moysi, quam ne violarent carnem porcinam manducando, tum Eleasar unus de primoribus scribarum, vir ætate prouectus; tum septem fratres adolescentes sanctissimi, elegerunt potius exquisitissima tormenta pati, mortemque subire crudelissimam; quos & sacerdote & egregie imitatur vestri filij ò hæretici quos Catholicos factos cogitis ad similia, non verbis modo, sed etiam verberibus; neque tamen quidquam efficitis Christo Psalm. 8. 2. Iesu ex ore infantium laudem perficiente suam; sicut è multis locis scripto & relata nostra cum maxima consolatione accepimus.

Verum arrepta hinc occasione occurrent hæretici & dicent, Nonne bene dicimus nos, vos Mosaicam legem quæ tota iani exoleuit, iterum excitare, gregemque Christi inique ea inuoluere? Et quidem (addent) nos scimus quia Moysi locutus est Deus: at vero hec vestra iejunandi obstrictio, nescimus unde sit. Agnosco antiquorum pharisaorum contra Christum obiecta à nouis scribis contra Christianos acerbe repetita; quibus labens

Obligatio  
iejunandi  
in noua le-  
ge.

3. Act. ch. 6.  
2. Mac. 7. 1.

*Alia obie-  
ctio de lege  
vetere.*

*Ioan. 8. 48.*

*Ioan. 9. 29.*

*Hæretici  
pharisa.  
Calumnia  
tur nos ve-  
terem legem  
obseruare.*

E satisfa-

**N O T A .** satisfacio. Itaque ad primam aio, non bene sed male, maligne, mendaciter dicere, docereque vos Ecclesiam Catholicam, ritus & ceremonias antiquæ legis in nouam inducere velle. Nam vt infinita taceam, & in hac sola de qua disceptamus materia persistam; quis vñquam Catholicorum interdixit ex piscibus quidem eos qui pinnulas & squamas non habent? è volucribus autem, ibin, cygnūm, vñpupam, aliaque multa talium genera? ex animalibus vero leporem, suem, & quidquid non habet diuisam vngulam & ruminat? Quis inquam prælatorum Ecclesiasticorum vetuit, vt hæc hisque similia, quæ in veteri lege stricte prohibita erant, à Christianis non solum non manducarentur, sed morticina illorum ne rangerentur quidem? Nullus equidem. Calumniæ igitur sunt istæ pessimæ ministrorum, quas contra propriam scientiam & conscientiam euomunt. Non enim Ecclesia antiquatas antiqui testamenti leges resuscitat, sed nouas condit ut eius fert potestas. Quod si aliquando veteris instrumenti statuta aliqua in parte imitatur, quid inde? Licet vobis ò hæretici leges ab Imperatoribus idolatriæ conditas, & suscipere, & sub pena capitis obseruandas Christianis proponeare; leges vero ab ipso Deo latas ac traditas Cœgius Ecclesiæ, ne imitari quidem licebit,

*Ipsi seipso  
condemna-  
bunt.*

**N O T A .**

*Lev. 11. 12.  
Deut. 14. 6.*

licebit, propter vestros cauillos & murinulations? Discernat & iudicet Deus inter nos & vos, quam iustæ sint vestre querele, & vos si inica vobis inest recti iudicij. Ipse id cognoscite.

Illud vero quod asseritis, ignorare vos obliatio  
vnde hec sit potestas in Ecclesia, stupore <sup>Jesus Christus</sup> sanc*t*um dignum est; illos videlicet qui se Euangelicos vocant ignorare quid in lege Euangeliaca habeatur. Si vos vna cum Iudeis nostis, Moysi locutum esse Deum; nos etiam cum tota Christianorum antiquitate scimus Ecclesiaz quoque locutum esse, & loqui hucusque eundem Deum. Quia non mentitur qui promisit Apostolis suis dicens, *Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi,* <sup>Mat. 28.20</sup> quos tamen tamdiu non victuros bene nouerat. Successoribus igitur eorum idipsum est pollicitus. Et iterum inquit. *Qui vos audit, me audit.* Rursum de Spiritu sancto ait. *Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, spiritum veritatis.* <sup>Luc. 10.16.</sup> <sup>Ioh. 14.16</sup> <sup>Ibid. 10.20</sup> De quo paulo post ibidem, ille vos decebit omnia & suggesteret vobis omnia, quæcumque dicero vobis. Ac tandem concludit de quo- <sup>Mat. 18.19</sup> uis inobediente, *Si autem Ecclesiam non audiuerit: sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.* Nos igitur qui Ethnici nec esse, nec reputari volumus, audimus Ecclesiam, &

in Ecclesia Christum Dominum nobis loquentem, & Spiritum sanctum nobis fugerentem, ut multa alia: ita quæ de ieiunijs sunt constituta, & quod audimus suscipimus, quod suscipimus approbamus & exequi studemus, ut veros & legitimos tantum patris, & tantæ matris filios decet, esse morigeros & obedientes. Qui secus faciunt, videbunt aliquando miseri quid lucrati fuerint, quando proteruiæ & pertinaciæ suæ iustas dabunt poenas.

*Obiectio  
de libertate  
steratur.*

*Et offenditur in ea.*

*1. Mendacium.*

*2. Superbia*

At inquiunt in libertate hoc omnibus ponи debuit, sicut posuit Christus, ut quiuis voluntarie ea susciperet, obseruaretque ieiunia, quæ illi collibita essent: quod enim libere sit id maxime Deo carum esse consuevit. Quam concinna venenoque multiplie illata oratio? venena sunt mendacij, superbiæ, confusionis, impietatis, stultitiae, & peruersi iudicij. Quis sapiens hæc non detestetur? Mendacium est Christum reliquisse in libertate, ut quilibet sibi quæ vellet eligeret ieiunia, postpositis illis quæ ab Ecclesia sunt constituta, (nam de ijs quæ quis libere suscipit nunc non ago) Nunquam demonstrabunt Caceangelici Christum hanc libertatem cuius dedisse. Indeque oritur in eis superbiam intolerabilis, qua singuli id sibi adscribunt, quod universæ negant Ecclesiæ. Non singulis Christianis

ffianis

rianis, homo, sed toti Ecclesiae libertas est  
data condendi leges de ieiunio, quæ ne-  
gata fuit olim synagogæ, generatim lo-  
quendo (Nam peculiariter & potuit, & in-  
dixit aliquando ieiunia, imo & principes se-  
culares idem fecerunt ut Rex Niniæ, & *Iona. 3.5.*  
Rex Saul) ibi enim minutissima quæque ci-  
pse Deus ordinauerat ut vidisti. Tu vero  
qua fronte quod vniuersum datum est, tibi  
arrogare audes? Quid de confusione di-  
cam? *hæc & varia est & foeda nimis.* Quis  
enim non videt hac licentia, turpissimam  
generati inordinationem, quando & di-  
uersis temporibus, & aliter atque aliter vo-  
lent ieiunare, parentes, maritus, vxor, libe-  
ri, serui, ancillæ? at Deus non confusionis,  
sed ordinis auctor est. Quod si inter Ca-  
tholicos non nunquam aliqui peculiaria ex  
deuotione suscipiunt ieiunia, id ne in mini-  
mo turbat ordinem, cum ijdem omnia ad  
Ecclesia constituta ieiunia seruent fidelissi-  
me; ni enim id facerent, culpa haud care-  
rent. Impietas autem & stultitia quæ po-  
test esse maior, quam illud in ieiunijs pro-  
mouere, quod Deus in ieiunijs maxime de-  
testatur? Id vero est voluntas propria con-  
traria voluntati diuinæ & superiorum quam  
Deus summopere infectatur in illo ipso,  
quem hæretici contra nos inique torquent  
loco ter ut minimum idem repetendo, ut

E 3 noris

*4. Impietas  
5. Stultitia.*

notis quantopere id illi sit cordi. Cum enim interrogasset Propheta nomine Iudeorum, Quare ieunauimus & non aspexisti, humiliauimus animas nostras & nesciuisti? Respondet Deus, & causam assignat dicens. Ecce in die ieunij vestri inuenitur voluntas vestra. Hanc vero qui non promouent isti, qui ecclesiam audire nolunt; sed in propria voluntate & libertate reponunt omnia? Denique peruerse iudicant se cum vltro quæ volunt sibi formant ieunia magis charos esse Deo, quam eos qui ex obedientia ieunant, cum hi duplex præmium referant, nempe & ieunij obseruati, & obedientia præfittere. At illibenter & coacte ieunant, inquietant vestri. Hæc sunt hæreticorum impia iudicia, qui immemores præcepti Christi, nolite iudicare & non iudicabimini, corda Catholicon semper male iudicant. Quid si duplo & triplio lubentius id faciunt, quam tu qui voluntate propria ea suscipis? Prout ego nihil penitus dubito, ita à plerisque fieri, sin minus, ipsi viderint, certe Ecclesia nos docet, non ut inuiti, sed ut alacres & hilares ea & subeamus, & seruemus.

Ad modum quem Ecclesia in ieunando fidelibus prescribit accedo, qui sapientissimus sane & amabilissimus est. De suavitate dicam plura in postrema concione, nunc quædam de vtroque. Et primum quidem quod

I. 59. 3.

6. Peruer-  
sum iudicium.

Mat. 7. 1.

VII. PVN-  
CTVM  
Modus ie-  
unandi.  
Delectus  
ciborum  
antiquissi-  
mum.  
Deo acce-  
ptatissimum.

quod ad delectum ciborum attinet, quem  
hæretici tantopere conuitis lacerant, is &  
tam antiquus est, vt cū ipso mundo cuperit,  
& tam augustus, vt nullū iejunium à Deo  
constitutum eo caruerit vñquam. Nonne  
decuit itaq; vt quod tantopere carum Deo  
fuit semper, id sponsa ipsius ab illo accepta  
potestate, filijs ordinaret suis? Qui id ini-  
quum iudicat, iniquus profecto est ipse, ac  
Deo ipsique naturæ iniurius. Rem porro  
ita se habere quis ignorat? In ipso para-  
diso, & statu innocentia, nihil aliud vidi-  
mus statutum à Deo quam delectum cibi,  
& illius cibi, qui teste scriptura bonus erat.  
Similiter in statu legis naturæ delectus cibi  
à Deo præcipitur, nempe ne caro cum san-  
guine comedatur. In lege vero Moysi præ-  
ter ingētem ciborum delectum etiam tem-  
pus præscribebatur, ne quis videlicet cum ie-  
junat, vesperam in cibo sumendo anteuer-  
tat. Deum igitur cōditorem, redemptorem,  
sponsumq; suum imitata Ecclesia, in primo  
quod habuit vniuersale concilium hæc san-  
cuit. Vñsum est spiritui sancto, & nobis, nihil  
ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessa-  
ria, vt abstineatis vos ab immolatis simulachro-  
rum, & sanguino, & suffocato. Vides Ecclesiā  
ad voluntatem diuinā in lege naturæ decla-  
ratam, suam voluntatem cōformass? Id ta-  
mē sepulta synagoga postea, siue nouo statu-

In omni  
lege.

Gen. 3. 8.  
Gen. 9. 4.

Accepta-  
tur ab A-  
postolis.  
Act. 13. 29.

to, siue ysu antiquatum, & alia pro ratione loci, temporis, & personarum ordinata fuere.

*Sex condi-*  
*tiones ie-*  
*junij.*

*1. Genera-*  
*lis ex Isaia,*  
*Isa. 58.*

*2. Itidem*  
*ex Christo,*  
*Mat. 6. 16.*

*Ps. 58. 5.*

Conditiones ieiunij Catholici scire vultis? Sex accipite, tres è diuino, totidem ab humano petitas iure. Ex quibus duæ priores ad condimentum potius quam ad essentiam ieiunij pertinent. Prima est de qua ab hereticis irritati toties iam disseruimus; illa inquam ex Isaia propheta. Summa eius est, ut demus operam, ne in ieiuniis nostris inueniatur voluntas nostra, utque à vitiis quidem, & maximè ab oppressione pauperum abstineamus, bonis vero operibus ac Eleemosynis vacemus. Id ipsum pastor yniuersalis Ecclesiæ D. Leo, in hodierno matutino pulchre, & grauiter nobis inculcat. Secunda conditio est ipsius Saluatoris illis expressa verbis. *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrites tristes*, qua hypocrisie ut videris vetat, quā etiam ibidem carpit Isaías cum inquit, *Nunquid contorquere quasi circulum caput suū?* propter vanam enim gloriam hæc omnia impij isti faciebant, ut apparerent hominibus ieiunare. Id igitur & Christus prohibet, & Ecclesiæ quæ propterea Euangeliū istud in capite ieiunij nobis legendum proponit ut hæc vitemus. Hic iterum corda fidelium tangunt infideles, iudicantes nos in ieiunijs esse hypocritas, *Quod licuit quidem face-*  
re Christo

re Christo, qui scrutatur corda & renes Deus: *Psal. 7.10.*  
 at illis & nobis minime. Ceterum haec duæ  
 ieiunii proprietates, generales sunt, & quæ <sup>3. Essentialia.</sup>  
 ad omnes alias actiones nostras requiruntur. Tertia vero essentialis est ieiunio, nempe à cibo aliquo abstinentia. Fines eius <sup>4. Humanæ iuriis delectus ciborum.</sup> duos video. Alterum humilationem & agnitionem dominii: alterum appetitus refrenationem. Cur enim primis parentibus vetuit Deus, ne de ligno scientię boni & malorum vescerentur, nisi ut se humiliarent sub potentia manu ipsius, & agnosceret dominium supra se Dei? postea vero leges ieiunii tam à Deo, quam ab hominibus latet, alterum quoque finem complexam sunt, priore nihilominus in suo vigore permanente. Patet igitur, tum in Niniuitis: tum in Davide canente. *humiliabam in ieiunio animam meam:* tum sæpe alias. Idem vult à nobis mater Ecclesia, proinde fere quotidie in fine sacri, iubet nos humiliare capita nostra Deo. Haec igitur sunt diuinæ, à Deo ipso naturæ humanæ insculptæ ieiuniorum conditiones, quas Ecclesia toties hoc tempore nobis commendat.

Porro ex commissione Christi, iuxta quam modum ieiunandi Ecclesia præscribere debet, addit alias tres conditiones, quæ quia iuriis humani sunt mutari possunt, eas cibi, temporis, & personarum nuncupare libet.

E 5

In

In duobus prioribus imitatur sponsum suum Deum, qui horum rationem in veteri testamento habuit. Imitatur inquam, non enim eadem ut hæretici calumniatur, sed similia statuit. In postremo pectus maternum aperit, excipiendo personas quasdam, quod in nulla lege factitatum legimus, & ne sic quidem à murmurando cessamus? O ingratitudo. Vultis vniuersim de his dicam aliquid? puto cibos quidem esse debere ex terra fructibus, vel in aquis viuentibus conse-

*s. Tempus. Etos.* Tempus vero vnam in die comedies.

*6. Persona.* nem. Personas autem sanas, viribus integris,

*Regulam  
notæ.* nec grauiter laborantes. Singularia aut nostis, aut ex confessariis petite. Regulam orbisam & præcipuam in hisce arbitror esse consuetudinem antiquissimam, veterem inquam. Nam quæ post exortas hæreses ortum, habuit suum, non usus, sed abusus est turpissimus, proinde explodendus. Ad hanc normam si eas quæ vobis circa ieiunia occurrunt difficultates sincere examinaueritis, secura vobis erunt omnia.

*Addelira-  
mentare.  
sponsa.* Ad argumenta vel deliramenta potius hæreticorum, contra Ecclesiam prolatæ venio. Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum, ait Christus, & addit, Non quod intrat in os coquinat hominem. Audio verba Iesu, quid inde? Id videlicet inquit hæreticus vos vestramque Ecclesiam hic perstrin-

*Math. 15.9*

*PRIMVM*

*ex Christo*

*hereticos op-*

*pugnat t.i.*

*pluciter.*

perstringi, qui & doctrinis ac mandatis hominum vultis colere Deum, & assentis cibos quosdam coinquinare hominem. Respondeo, imo vero non nos, sed primum quidem Iudæos, postea vero vos, vos inquit hæretici, hæc & sequentia Christi arguunt verba multis nominibus. Vos enim docetis doctrinas hominum, quas quisque coriphæus vester (ut paulo ante ex Caluino vidimus) sibi pro libito singit; nos vero Ecclesiam audimus, ut iubet Christus Matth. 18. Vos in vestris conciliabulis formatis mandata hominum, quibus Deum coli vultis sine causa, quia ad id præstandum nulla vobis à Christo facultas data est: nos vero illis obtemperamus, qui & à Christo potestatem acceperunt leges cōdendi, & nihil sine causa faciunt, quia Spiritus S. regit illos. Proinde vos pure humana, nos diuina per homines promulgata & declarata mandata habemus. Vobis competit quod subiungit Christus dominus, sed quod procedit ex ore, hoc coinquiat hominem. Quid enim ex ore ministrorum vestrorum frequentius procedit, quam blasphemizæ, maledictiones, subsannationes, cauillationes, mendacia, & calumnizæ contra Ecclesiam, quæ vos per Baptismum in Christo Iesu genui?

Taceo reliqua, ad obiecta sic satisfacio.  
Dic sodes ò homo si quis hac fultus Christi

autho-

*Nobis nil  
nocere dilecti  
mater p[re]m  
batur.*

*Math. 15. 18*

authoritate, Non quod intrat in os coinquat hominem, venenum sibi ipsi propinaret, co-  
inquinare ne animam suam vel non? Si non coiquinaturum affueras, permittis sui-  
psius scelestissima homicidia, contra decal-  
ogum & ipsa Christi verba, qui ibidem in-  
ter peccata quæ coinquant hominem re-  
ponit homicidium. Sin concedis istum co-  
inquinare animam: concedas etiam necesse  
est verba hæc aliter quam tu illa sumis, ac  
contra Ecclesiam inique torques intelligē-  
da, & te verissimum calumniatorem esse.  
Nil nocent Ecclesiæ. Hæc enim nec docet,  
nec docuit vñquam cibum aliquem coin-  
quinare hominem: sed coinquinat illum  
sicut in exemplo dato desperatio, qua ex-  
agitatus aliquis seipsum vult interimere: ita  
hic inobedientia, quæ coinquinavit primos  
parentes nostros Adamum & Euam, & quæ  
venenum ac pestis est omnium actionum  
nostrarum. Hac vero à planta pedis usque  
ad verticem capitis obsitos esse hereticos,  
quis non videt? Ceterum ad pleniorē, tā  
horum locorum, quam pungentis illius in-  
terrogatiunculæ, (qua simplices mire de-  
mentant, dicentes: quid? nunquid carnes  
sunt malæ?) solutionem, non est silentio in-  
uoluenda, eximia illa Theologorum di-  
stinctio, qua asserunt, alia quidem esse pro-  
hibita, quia ex natura sua mala sunt, alia ve-  
ro è

*Distinctio  
mala nota  
da.*

ro è contrario mala esse quia prohibita fuerunt, cum ex se indifferentia essent. Primi generis est mala blasphemia, infidelitas, perjurium, mendacium, & alia generis eiusdem. Secundi generis mali sunt cibi prohibiti propter iejunium. Talis fuit fructus arboris vetitæ in paradiſo, talis sanguis in lege naturæ, tales porci, lepores, anguillæ, & multa alia in lege Moysi: tales nunc in Ecclesia à toto quod dicitur genere, sunt nulli, sunt tamen aliqui certis anni temporibus.

Ex his quæ diximus, facile quiuis animaduertere potest, quanti sint calumniatores hæretici, qui & hunc Christi, & illum Pauli locum torquent contra Ecclesiam, cum bene norint, nō de nobis, sed de Gnosticis, Manichæis & his similibus hæreticis prophetasse ibi Apostolum; isti enim & nuptias penitus repudiabant, & cibos quosdā à dæmonে creatos, ideoque per se malos esse aiebant: nos vero & matrimonium ita honoramus, ut Sacramentum esse dicamus, & utimur omnibus cibis quos Deus creauit ad percipiendū cum gratiarum actione fidelibus. Hec inquam omnia sciunt nostri temporis hæretici, & tamen impudenter magnis cum clamoribus, contra propriam scientiam & conscientiam aliud loquuntur. At apud istos pensi nihil, cum veritate negant,

SECVN-  
DVM.  
ex Apostolo  
eximios ca-  
lumniato-  
res moſtrar-  
i. Tis. 4. 1.

Ex his  
et rius.

*ab exem-  
plo medico-  
rum.*

queant, calumniis ac mendaciis miseram seducere plebeculam. Væ & iterum væ eiusmodi hominibus. Denique si culpabilis est Ecclesia prohibens certis temporibus certa ciborum genera, medici quoque qui idem in morbis, & multo quam Ecclesiari-gidius, faciunt, in grauissima culpa erunt. Quod quis vñquam nisi insipiens asseruit? Videant igitur quam sint sapientes hæretici. An vero licet medico corporali inhibere esum pisiū ad depellendum morbum corporalem, & non licebit Ecclesiæ interdicere vsum carnium ad carnem compri-mendam, ne militet aduersus spiritum, indeque ad profligandum morbum spiritua-lem ex animis filiorum suorum? Discernat hæc Deus ipse, cælites vniuersi, & quiuis hominum ducem rationem sequutus. Sed de his satis.

Ad id quod ultimo loco proposuimus accedamus, demonstremusque apud nos Dei Ecclesiam, apud hæreticos vero veram esse dæmonis Synagogam quod factu ex dictis haud erit difficile. Dei enim Ecclesiæ, ab ipso mundi exordio signum fuit, præcep-to firmatum iejunium: hoc ipsum viget apud nos per diuinam gratiam, viget igitur etiam ipsa Christi Ecclesia. E contrario ve-ro signum Synagogæ Sathanæ fuit iejuniorum impugnatio, Id enim ipse Lucifer fecit in

*E.PVN-  
CTVM  
Ecclesia.*

*s. Colis-  
iejunium.*

*Synagoga  
Sathanæ op-  
pugnat il-  
lud.*

In paradiso, id per tyrannos in Machabæis,  
id nunc quoque per ministros suis in Chri-  
stianis. Et videte quæso quomodo eodem  
iam quo olim cum Eua procedit tramite.  
Ibi enim loquens cum Eua primo men-  
tetur asserens Deum prohibuisse. ne ex omni li- Gen. 3. 1.  
gno Paradisi comederent, licet nosset vnum  
solummodo fructum fuisse vetitum. deinde  
mendacium impingit Deo, dicens nequa-  
quam morte moriemini, prout asseruit Deus.  
præterea calumniatur Deum, quasi nō syn-  
cere rem totam eis aperuisset, ac tandem his  
artibus efficit, ut lex ieunii violetur ab ho-  
minibus: idem omnino nunc per ministros  
facit, multa mentitur, multa mendacia im-  
ponit Ecclesiæ, in multis eam calumniatur,  
hacque ratione apud incautos ieunium è  
medio tollit, prout in decursu orationis au-  
ditis.

Quanta cæcitas tam claros dæmonis  
astus nolle percipere. Cæcitas vero aliud est  
s. Vide et Synagoga  
caca.  
Synagogæ Sathanæ signum evidens: sicut  
Ecclesiæ Dei nota est lumen diuinum, quod  
apud nos per eius misericordiam fulget, ut  
& in aliis, & in hac concione patuit perspi-  
cere. Sed & aliud cæcitatibus indicium vidistis  
manifestum. Quid enim tenebricosum ma-  
gis quam pro te adferre, quod contra te mi-  
litat? quod eos in citanda aduersus nos scri-  
ptura fecisse animaduertistis.

Sed

3. Laudat  
quod pla-  
ceret Deo.  
*Synagoga*  
*improbatur.*

Sed & illa vtriusque hand obscura nota est, Ecclesiaz quidem laudare, Synagogæ vero Sathanæ vituperare, quod Deus charum habuit semper, non solum à se, sed etiam ab hominib[us] institutum: talis vero est ciborum delectus, tale ieiunium, quod ita placuisse Deo, ut nulla ipsius lex ab eo libera fuerit, ostendimus: idem porro probat Ecclesia, improbat hæretici. Quare etiam si Ecclesia in commissis à Christo non habuisset ieiunia & modum eorum statuendi, nihil tamen peccaret, imo optime ageret ea ordinando, quæ & à Rege Iudeorum Saule pure humana autoritate indicta, placuerunt tamen Deo: quanto magis culpabile est illud arguere, quod volente fit Christo Iesu?

4. Ad nutr[itu]m  
obedir.  
*Synagoga*  
*aperitur re-*  
*fragatur.*

5. Ordinem  
amat.  
*Synagoga*  
*confusionē*  
*sedatur.*

Præterea etiam si expressum non videas præceptum, ad solum nutrum obedire parentibus, nonne legitimorum & piorum filiorum, refragari autem claris etiam mandatis, nunquid illegitimorum & rebellium argumentum non est evidens? hoc vero augunt hæretici, illud Ecclesia, cui licet aperatum de ieiunando appareat Christi præceptum, tamen etiam si id deeslet, significatio voluntatis satis illi foret ad obsequendum. Quid vero dicam de ordine? quem ideo frequenter inculco, quia Apostolus tale id signum Ecclesiaz Christi statuit, ut quæ à Deo

Deo sunt ordinata esse, (& ex consequenti  
quæ inordinata sunt à Sathanā proficisci)  
asseuereret. Pars vero vtraque ex dictis in  
propatulo est. Ordinis quidem in Ecclesia  
Romana, deordinationis vero apud hære-  
ticos: Apud nos etenim ieunia, à prælatis  
constituantur, quod & in usu fuit semper  
ab urbe condito, & ad ordinem valet plu-  
rimum: apud hæreticos priuatorum id mu-  
neris est, ut quæ cui placent sibi ieunia e-  
ligat statuatque. Quo quid ad inordina-  
tionem magis aptum? Apud nos modus  
ieiunandi generalis ex delectu ciborum &  
tempore constans, unus est: apud illos di-  
uersus pro cuiusvis voluntate. Apud nos  
denique alia ieunia sunt libere suscepta: alia  
à superioribus imperata. Quod itidem sem-  
per in mundo viguisse, & sacræ & profanæ  
testantur literæ: apud illos vltro quidem ac-  
ceptata per pauca, ac pene nulla, decreto  
vero firmata omnia omnino repudiata  
réperies. Quis non videt quænam ex his  
ordinis, quæ vero inordinationis sit ma-  
teries? Quare ut vnde cepi, ibi finem di- *Conclusio*  
ctis imponam, en ante mentis vestræ ocu- *& bene elec-*  
los statuo duo certaminum paria, parimo- *gau*:  
do, sed dispari euentu progredientia, Euæ  
inquam cum Sathanā, & Christi Domini  
cum eodem Luciferō. Videte quæ, quis,  
quid prætendant. Erenim ut soluatur ie-

iunium Lucifer utroque suader, hortatur, impellit: ut vero seruetur ieiunium, spiritus quidem Sanctus Deus, dicit Iesum in desertum: idemque Deus, non suadet modo, sed etiam præcepto cogit Adagium & Euam. Primi nostri parentes soluendo ieiunium se & nos in barathrum miseriarum præcipitarunt. Christus Iesus vero seruando ieiunium sibi & nobis æternam commeruit felicitatem. Tu in biuio hucusque constitutus, quid facias cogita, & vide ut bene eligas, bonumque sequaris.



## CONCIO III. SPES.

EVANG.

DVEL-

LVM.

Duellum il-

licitum.

Concil.

Trid. Seff.

25.c.19. de

refor.

**S**anctissime & iustissime à Sancta Synodo Tridenti in Spiritu sancto legitime congregata [detestabilis duellorum usus (verba sunt concilii) fabricante diabolo introductus, ut cruenta corporum morte animarum etiam pernicie lucretur, ex Christiano orbe penitus exterminetur] excommunicationis & aliis poenis grauissimis non solum in eos qui iniurie: sed etiam contra illos

illos qui permettere, quique huic crudelissimo certamini interesse attentarent, ipso facto incurris, adiunctis & vibratis: et quissime inquam haec facit Synodus sancta at iniquissime quidam & huic salutari resistunt ordinationi, & ad intuenda eiusmodi monstra vesane ruunt: contra fas omne: tum quod statutum hoc è medio iure diuino ac naturali fuerit petitum: tum quod non desint in Ecclesia Christi talia spectacula, quæ non modo sine peccato & poena illis merito irrogata, sed etiam cum utilitate ac pæmio intueri ac demirari possit quilibet quotidie.

Eo ex genere primum & pæcipuum est, *Duellum si- citum & augustinum,* quod hodiernum nobis describit Euangelium, cuius summam si uno verbo comprehendere volueris *DVELLVM* vocabis. Duellum inquam augustinum & celeberrimum, quo magis celebre nec fuit, nec erit inquam siue personas confligentes, siue modum concertandi, siue causam, siue scopum pugnæ, siue quidvis aliud considerare velis. Personæ etenim quæ congregiuntur, sunt illæ quæ orbis uniuscuius dominium sibi usurpant, una quidem vere & legitime: altera vero mendaciter ac fraudulenter, prout in ipso audio Euangeli. Conflictus autem non est de honore vnius vel alterius perso-

*Scopus eius*  
*Mat. 16.  
26.*

næ, (prout sit plerumque in duellis) nec de imperio aut incolumitate alicuius regni vel populi, sed est de dignitate ipsius Dei, de salute omnium qui sunt, fuerunt, futurique sunt hominum. Quod si salus vnius animæ pretio orbis vniuersi ab ipso Christo præponitur: quanta erit huius duelli æstimatio, in quo de bono, vita ac incolumitate omnium animarum decernitur? Itaq; hoc considerandum intuendum que nobis venit, eo maiori cum diligentia & alacritate, quo nostrum omnium hic agitur negotium. Certamen enim hoc nos omnes tangit, nostra hæc est, in nostra videlicet natura suscepta concertatio, nostra victoria, nostra gloria, nostrum præmium, dummodo nos ipsi insipientia nostra vltro citroque eo priuari nolimus. Huc igitur mentis vestræ oculos conuertite delectissimi, hic sancta curiositate curiosi estote charissimi.

*PRCPO.  
SITIO  
Euangelium  
cum doctrina  
nra.*

Quod ut præfletis fructuosius commodiisque rem vti acta est, in ipso sacri eloquii intueamur fonte, verba Euangeli ponterantes, doctrinasque ad spcm in nobis erigendum inde haurientes. Ad tuam Christe Iesu gloriam & honorem hæc referantur omnia: tu vero qui pugnasti pro nobis vince obsecro hostem tuum & nostrum etiam in nobis, vt de illo in te triumphare valeamus in æternum.

Quo-

Quonam modo Christus Iesus Dominus noster, ductus à Spiritu sancto in desertum inibi iejunauerit, quadraginta dierum & totidem noctium spatio, ac tandem esurierit, audiuitis in præcedentib. concionib. Arrepta igitur ex fame eius occasione.

ET ACCEDENS, qui eo vsq; ne accedere quidē ad Iesum ausus fuerat. Nec immerito.

*Continua.  
110.*

*Quando ac  
cedit.*

Si enim ne ad sanctos quidē Christo in contemplatione vnitos appropinquare potest, quando & quomodo vult: quanto minus ipsum Christum filium Dei adoriri potuit, quando voluit, nisi data prius sibi licentia? Hac igitur accepta venit.

TENTATOR. Ipse Lucifer & Beelzebub, *Ipse Lucifer* vt iam ex August. audiuitis: ille inquam qui & in Apocalypsi dicitur cauda sua traxisse tertiam partem stellarum cœli, persuadens prævaricatorib. Angelis, vt se contra Deum sequerentur, & à sanctis primos parentes tentasse creditur, quod & illa verba Dei ad serpentem, *& ipsa conteret caput tuum, non ob-* scure insinuat. Proinde ratione officii quod suscepérat iam TENTATOR, paulo post vero duobus aliis nominibus appellatur. Adoritur itaque suprema nequitia, supremam sanctitatē, vt qui primum Adamum vicerat, à secundo vinceretur, suavi & potenti id ordinante diuina prouidentia. Accedens igitur.

*Apoc. 13. 4*

*Gen. 3.15.*

F 3

DIXIT

*Externe di-  
cens & ten-  
tans.*

DIXIT EI, Christo videlicet famescen-  
ti, & tamen adhuc ieiunanti. Quomodo ve-  
ro dixit? non interne proculdubio sed ex-  
terne, in forma visibili apparens, & verba ex  
aere formans. Id enim & dicta insinuant, &  
mos dæmonis docet, qui magnos illos Ere-  
mi cultores, Antonios, Hilarioncs, Macari-  
os, hisq; similes hac ratione tentare consue-  
uerat: Imo ad Christum aliter accedere non  
potuit, vt potest & facit nobis. Quali vero in  
forma apparuerit, quæve larua coopertus  
fuerit, non docet scriptura, docuissest vt in  
Genesi fecit, si nostra multum id scire inter-  
fuissest. Non est igitur cur anxie & curiose  
nimis id inuestigemus: est vero cur quæ scri-  
pta sunt solenter intueamur, nostra enim  
hic tres agitur. Itaq; ingressus TENTATOR  
cum Christo hoc duellum, & singulare cer-  
tamen DIXIT EI.

*Expiscando  
an effet fi-  
lius Dei.*

SI FILIUS DEI ES. Quamuis quidam du-  
bitent, mihi tamen nimis clare expressum  
videtur, Sathanam ignorasse, vel saltem du-  
bitasse an Christus Iesus, fuerit filius Dei:  
idcirco tentandi & experiundi causa, an ita  
se res habuerit, hæc quæ sequuntur & dixit  
& fecit. Neque vero id mirum videri debet,  
nondum enim miracula ad confirmatio-  
nem huius rei facta aspicerat, nondum alia  
huius rei perspicua viderat argumenta. Nā  
quod tum ad virginitatem matris, tum ad  
vocem

*Non enim  
qua vult  
monit.*

vocem illā de cœlo lapsam. *Hic est filius meus dilectus, attinet: potuit utrumque ignorare, & de virginitate quidem Mariæ Sanctus Ignatius martyr, & alii id sentiunt, & merito.* *Mat. 3. 17. Vnde D. His ron. in c. 1. Mat.*  
*Neq; enim Sathan est semper ubi vult, neq;*  
*ad sanctos accedit pro libitu, prout Macari-*  
*us quandam iuuenē ita contemplationi de-*  
*ditum vidit (reuelante id ei Domino) ut de-*  
*mones illum ne attingere quidem auderet,* *Vid. Circa Sanct. Pa-*  
*sed tantum circa illum in gyrum verteren-*  
*tur, quanto magis igitur aberat, ab hac mū-*  
*dissimo corde virgine, quæ teste scriptura*  
*coſeruabat omnia conferens in corde suo? Quod* *Luc. 2. 12.*  
*Si forte vocem illam cælestem audivit, elice-*  
*re eam in mente sua potuit, non de naturali*  
*filio, sed de viro præcipuo eam intelligi. Si*  
*enim per Davidem dicit Dominus. Ego dixi*  
*dij estis, & filii excelsi omnes, quanto magis*  
*Christo domino sanctitate eminentissimo*  
*verba illa applicare potuit? At inquisiuxta*  
*S. Cyprianum, Bernardum, & alios sciebat*  
*iam pridem Sathan Dei verbum incarnatum*  
*iri. Sit lieet, adhuc tamen dubitare potuit,*  
*an hoc ipsum verbum caro factum, esset*  
*Christus Iesus, propterea signum eviden-*  
*tius quærens ait.*

DIC, id est, iube impera, id enim verbum **PRIMVM**  
 istud DIC, iuxta phrasim Hebrewam denotat. *Sathan ex perimeni.*  
 Vult ergo Sathan, ut Christus Dominus  
 pro sua autoritate iubeat.

*Ex verum  
transclemē  
tatione pe-  
stum.  
Omnia ren-  
tationum  
capita pro-  
mit. qee  
junt tria.*

VT LAPIDES ISTI quos probabile est illum  
in assumpta forma manibus tenuisse.

PANES FIANT. Id enim si Christus fecis-  
set, euidenter dæmon collegisset, ipsum esse  
Deū. Sicut enim creare, ita naturas per im-  
perium transformare, opus solius Dei est  
proprium. Progreditur autem Sathan in  
hiscetentationibus, eodem plane modo &  
tenore, quo usus est tentando Euam, ut  
& eundem fuisse agnoscas, & fontes frau-  
dum ipsius noris. Hos vero fontes postea  
reduxit D. Ioannes ( teste etiam D. Augu-  
stino ) ad tria capita dicens. Omne quod est  
*#. Ioh. 2. 16.  
Aug. in hoc  
locū tract. 2*  
in mundo, concupiscentia carnis est, & concu-  
piscentia oculorum & superbia vite. Itaque  
Primum con-  
cupiscentia  
carnis.  
incipit TENTATOR ab ea quam hic D. Io-  
annes primo loco ponit concupiscentia  
carnis. Carnis enim proprium est escam  
appetere. An vero in hac temptatione vo-  
luerit Sathan impellere Christum ad pec-  
candum, non satis liquet, crediderim illum  
ad intelligendum an Christus esset Deus,  
tribus istis temptationibus callidissime ad in-  
uenisse tria argumenta, quorum singula  
sufficerent, ad informandum illum de ea  
quam cognoscere voluit veritate. Primum  
iam explicuimus; ad secundum antequam  
veniamus, intueamur primum quomodo  
Sathanz hoc indagandi genus non succe-  
serit. Sequitur enim in Euanglio.

Qvr

QVI Christus videlicet Dominus.

RESPONDENS, tentatori suo Lucifero.

SCRIPTVM est, inquit, à Moysi Eli. lxx. 2.  
delicet cum alia: tum vero beneficiū man- Christo.  
næ populo illi concessū, recolente.

NON IN SOLO PANE VIVIT HOMINES.

M.O. Neque facit Christus quod voluit ten-  
tator, neque directe responderet, vere tamen:  
ut doceret posse nos cum interrogamur re,  
& negotio id exigente celare veritatem ali-  
quando, mentiri nunquam. Pulchra, & ne-  
cessaria doctrina, tum vero hoc nostro uxuo,  
quo prodiere in lucem magistri, qui menda-  
cium non docent modo, sed etiam promou-  
uent, quorum proh dolor inter Catholicos  
etiam ipsos maior indies crescit numerus.

Quodque deſtendum magis etiam ē sacer-  
dotibus, iſque qui ſe Theologos vocant ei-  
ſe quosdam qui hac in parte ſecularibus ap-  
plaudant, audimus & gemimus. Taceo illos  
qui perfricta id fronte, contra Apostolicam  
ſedem faciunt, eos perstringo, qui permit-  
tunt, imo docent, posse vnumquenque in  
re graui & magni momenti, abſq; ullo pec-  
cato mendacio iocoſo & officioso uti. Quā  
putida, quam pestilens, quam infinitorum  
malorum praesertim quae in Repub. geran-  
tur cauſa ſit doctrina iſta vix dici potest. O  
doctores qui talia diſseminatis. O confeſſa-

*Gnomē &  
doctrinam  
de celanda  
veritate.  
Sed men-  
dacio valde  
cauendo.*

*Cōtra quos-  
dam docto-  
res.*

rii qui iudices animarum à Christo constituti estis, & hisce conniuetis. Vtinā aliquando non experiamini, quam criminosum, & pœnale sit crimina promouere, & in mendacio veritatem detinere velle. Multis vobis scum agere nec volo, nec debeo, cum præter inumeros Patres sanctissimos doctoresq; Ecclesiæ eximios ipse D. August. contra huc perniciosissimum errorem, & integros & non paucos ediderit libros; ad quos tā magistros, quam discipulos istos mendacij defensores remitto, & ablego.

*Quos oppo-  
gnat D.  
August.  
Augustin.  
Tom. 4. &  
elbi sape.*

Me certe & alios illud quod inquit Apostolus, impossibile est mentiri Deum, & iterū de Christo, fidelis permanet, negare seipsum non potest, ita conuincit ut persuadere nobis non valeamus, id aliquādo quoquo modo, quoquo fine licere posse, quod adeo repugnat Deo, & Christo Iesu, vt si metiretur seipsum negaret: atq; ita Deus, non esset Deus. Quid dicam de eo, quod execranda ista doctrina datur gladius in manus furiosi, quo & se & alios perimat? Quam enim sunt pauci, qui quodnam sit graue negotium bene diuidicare valent? quam vero innumeri, qui cupiditate, ambitione, iracundia, alijsq; mentis ægritudinibus ita excæcantur, vt iocosum officiolum reputent mendacium quod tam est perniciosum, vt nō honore modo, sed & vita alios spoliet, nec domum tantum aut

*Et absurd  
que inde  
consequun-  
tur  
NOTA.*

aut familiam aliquam, sed etiam regna non-nunquam euertat integerrima? Quot qui bona (ut ijs quidem videtur) intentione, pessima quæque facta cohonestare volunt, ignorare se fingentes, bonam illam intentionem esse non posse quæ mendacium alit, neque etiamsi esset optima ex malo bonum fieri posse, clamante Apostolo, de hac ipsa mendacij materia, non esse facienda mala ut reniant bona. Ista igitur vniuersa & alia huiusmodi infinita, destruit hoc responsu suo Christus Dominus, mendacio quidem abstinens, (quod nec dicere teste Apostolo potuit) veritatem vero celans, modumque id agendi nobis tribuens præstantissimum, nempe ut in talibus alio desfle & amus sermonem dextre tamen, sicut Christus facit, dexterrimè ostendens testatori inepte illum exigere, ut ad famem sedandam, panem faceret ex lapidibus, cum teste Deo, non in solo tantum pane viuere possit homo.

SED IN OMNI VERBO. Per verbum *Deut.8.3.* hic phrasí Hebræarem ipsam intelligit. Ac si dicat viuit homo, non solum pane, sed etiam quavis alia re, quouis alio nutrimento.

QVOD PROCEDIT DE ORE DEI, *Discursus*  
Id est, quod fit volente & efficiente Deo, *Christi Do-*  
prout factum est in deserto, ubi non una *mini.*  
persona, sed sexcenta virorum millia præter  
fœminas & pueros sustentata sunt manna  
(de

*Rom.3.8.*  
*Modus Chri-*  
*sti celandi*  
*Veritatem.*

(de hoc enim est ibi historicus sensus) ita me quoq; potest sustentare hic in deserto Deus, alio modo cibiq; genere præter eum quem tu exigis. Hic videtur fuisse discursus Christi Domini contra diabolum.

*Doctrina  
contra Ga.  
primaria.*

Nos vero quid inde discemus? Multa es-  
tent observatu dignissima sed cogitanti to-  
tum nec adeo breve Euangelium percur-  
rere, nec pauca persequi licet: vnum igitur  
solummodo suggero, hortorque mihi in  
Christo charissimos, cum omnes, tum vero  
personas spirituales, ut principijs tentationū  
obstant diligentissime. Concupiscentia,  
inquam carnis. Ab hac enim plerumque &  
fere semper Sathan suos celestos inchoat  
conatus. Hoc egit in mundi exordio cum  
Eua, hoc in ortu noui testamenti cum ipso  
orbis conditore & redemptore Iesu, ut in E-  
uangelio hodierno vides, hoc & nobiscum  
si oculos mentis apertos habere vellemus  
semper. Incipit autem à minoribus operi-  
bus carnis, ut ad maiora gradum faciat. Di-  
xit quidam eius Propheta magistri sui artes  
pādens [sine Cerere & Baccho friget Venus] A Cerere igitur exordiū sumit, gulā irritat,  
ac inordinatum cibi appetitum modis & ra-  
tionibus innumeris callidissime suadet om-  
nibus, persuadet multis. Nec mirum, habet  
enim in hac tentatione tria quibus utitur in-  
strumenta potentissima, carnem videlicet  
nostram,

*A minori-  
bus incipi-  
tes.*

*Terentius.*

*Tres sobrie-  
tatis arti-  
ties.*

nostram, necessitatem, & finem. Carne nihil est nobis propinquius. Pars enim nostri est, & proclivis ad desideranda illa, quæ ei arribent. Necessitas incumbit nobis edendi & bibendi, si superstites esse volumus. Durum autem telum est necessitas: at meo iudicio durior & difficilior discretio, quantum ad sustentandum corpus nostrum cibi potusque sufficiat, proinde sub specie necessitatis habent laxantur voluptati spissime. Porro quanto necessitas maior tanto accessus Sathanæ est facilior. Id patet in Euangeliō. Famescente enim Iesu, demum illum agreditur. Denique finis est acerrimus, decipit enim hic specie omnis boni, eum & honestum & utile, & iucundum sit cibo moderate vti. Ex his pharetris quas sagittas de- promat Sathan quis enumerabit? Videntur est, hoc in negotio bene versatus D. Greg. in Moralibus tum lib. 30. cap. 13. (aut 27.) tum alibi. Ibi ponit quinque gulæ spe- cies, Primam cibi tempus anticipando, vt fecit Ionathas. Secundam aude comedendo vt Esau. Tertiam exquisitos cibos desi- derando, vt Iudei coturnices. Quartum plus æquo escæ sumendo, vt Iudei qui de sa- turitate panis à Prophetā arguuntur. Quintam accuratos cibos querendo, vt filii Heli. addi potest sexta contra præceptum id faciendo, vt primi parentes nostri.

Verum

1. *Carnis.*  
2. *Suffissima.*  
3. *Necessitas dura.*

3. *Finis*  
*triplex.*

*Sex gula*  
*species.*  
1. *Reg. 14.*  
*Gen. 25.*  
*Num. 11.*  
*Ezech. 16.*  
1. *Reg. 2.*  
*Gen. 2.*

*Remedie  
ex Euange-  
lio duo.*

*3. Verbum  
rum Chris-  
tii. Tum  
Pauli.  
1. Cor. 6.13.*

*2. Factum  
vel infectio  
potens.*

*Quomodo  
agnoscen-  
da tenta-  
rio Eg.*

Verum de singulis differendi, nec nostri est instituti, nec temporis ratio patitur. Duas cautelas ex Euangelio adhibeo, quas adhibuit Christus, sane perquam efficaces verbum videlicet & factum. Verbo Dei & Sathan frangitur, & intellectus conuincitur, ne inordinatis acquiescat cupiditatibus. Potens est verbum istud in Euangelio ex ore verbi Dei procedens: potens & illud Apostoli, esca venter, & venter escis, Deus autem & hunc & has destruet. Hæc si sedulo meditati fuerimus, non solum ab illicitis semper, sed etiam à licitis nonnunquam abstinebimus. Si enim etiam sine pane vinere potest, multo certe minus ad vitam sustentādam requiruntur cibi exquisiti vel delicati? Si & escam & ventrem Deus destruet, quāta est insania, ita ventri esse deditum, ut mentem ac animam, & tuā inordinatione, & proximi mala ædificatione lādas? Huic porro verbi arieti, alterum facti addes, vel infecti potius: quod Christus adiunxit, quando in suprema, quā passus est fame, suggestioni tamen dæmonis ne in minimo confensit. idem & nos faciamus, nec vlla boni honesti vitilis, iucūdi, specie pertrahi nos patiamur, ut cōsilijs Sathanæ acquiescamus. Ista vero agnoscere non est adeo res difficilis syncere agenti, & carni applaudere nō curanti. Prodit enim sedum gustum irritantia, superflua, maxime vero pecu-

peculiaria præ alijs suadet. Quod si necessitatē à voluptate discernere né quis, alios cōsule, sed caue ne in illos qui in eodem appetitus cœno iacent incidas. alias verum erit in te quod Saluator ait, *cœcus autem si cœco* Mat. 15.14 *ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.* In Quomodo profigādo. summa Dominus appetitus tui esto, non mancipium, id enim & turpissimum & periculosum est valde. Contra spiritum itaque Gastrimargiæ nobis pugnandum est: neque primi nostri parentes ab eo prostrati, sed Christus Iesus viator ipsius imitandus. Deuictus igitur TENTATOR in hoc primo, ad aliud temptationis genus sese conuertit. Et.

TUNC statim, confestim, eodemque pe-

netemoris puncto.

ASSUMPSIT EVM, Christum videlicet ipso permittente accipit, & fert per aëra. Id enim & sanctis Patribus placet, & *si sa-*  
*cra historiæ conformius est, quam quod a-*  
*lij Christum proprijs iuuisse pedibus afferūt.* Nam si tot tamq; dissita loca naturali gressu permeasset, aliquot dies illi consumendi fuissent: atque ita plusquam quadraginta dierum spatio ieunasset, quod negat historia. Ut interim taceam illam collocationē Christi in pinnaculo templi hisque similia naturali modo fieri vel non potuisse, vel minime debuisse. At indecens inquis fuit Deū

*alterum  
tentationis  
caput sic  
peribit.  
Christus  
fertur per  
aeras.*

à malo

*Obiectio  
solus tunc.* à malo dæmone gestari. Si modulo ratio-  
nis nostræ decētias metiri voluerimus, mul-  
*Greg. hom.  
16. in Euāg* to certe fuit indecentius (vt bene D. Greg.  
notat) Deum ab hominibus alapis onerari,  
flagellari, conspui, spinis coronari, ac tan-  
dem crucifigi, quam à Sathanā portari. Me-  
minerimus quæ propter talia indecentiæ  
iudicia Manichæos, Machometanos, & alias  
pestes fidē abnegasse, & in fœdissimos pro-  
lapsos esse errores. An vero dum portare-  
tur per aëra Christus, visus fuerit ab homi-  
nibus, id minus mihi certum esse videtur,  
quam quod iam dixi, puto tamen illum à vi-  
su hominum se subtraxisse, sicut postea fe-  
cit Ierosolymis & Nazarethi. Sed ad con-  
textum historiæ redeamus. Assumpsit igitur  
Christus.

*Christus se  
abstundit.  
Ioan. 6. 15.  
Luc 4. 30.* DIABOLVS. Alio nomine vocat eun-  
dem Luciferum, quod calumniatorem siue  
cauillatorem significat. Caullis enim hic vi-  
titur, qua in re egregie illum nostri hæretici  
imitantur. Quo vero eum duxit?

*Civitas &  
templum  
sanctum.  
Nostra  
magis.  
Spes anco-  
ra.* IN SANCTAM CIVITATEM re-  
spondet Euangelista Ierosolymam denotās.  
Quæ si propter templum & arcam, manna  
& tabulas legis continentem sancta dicitur,  
quanto magis nostra templo sancta erunt,  
vbi arca panem de cœlo descendenter, vi-  
tamque mundo dantem, ipsumque legislato-  
rem complectitur? Hæc est spei nostræ  
anco-

atiora, si eam ut par est, cum verbo & gestu, tu v ero opere ac veritate adorare adorare que studuerimus. Ceterum dicit Christum Sathan in ciuitatem, quem in eremo capere non poterat, vt scias nec locum nullum (vt in prima concione diximus) ab impugnationibus eius liberum esse, nec pauciores, sed plures in ciuitate tentationes reperiri, vbi occasiones mille, mille peccandi illecebrae. Duxit igitur Iesum diabolus Ierosolymam.

Tentatio-  
nes vbi grā-  
uores.

ET STATVIT EV M IN PINACU- *Pinaculū*  
LO TEMPLI. Templum enim illud, sicut *quidē*.  
& aliæ pleræq; domus in Palæstina, tectum  
habet planum, cuius generis tecta à Græ-  
cis domata, à Latinis solaria vocantur. Hæc  
vero muro circum circa munita erant præci-  
piete in Domino per Moysen, & causam as-  
signante dicendo. Cum ædificaueris domū no- *Deut.22.8.*  
uam facies murum tecti per circuitū ne effunda-  
tur sanguis in domo tua. Qui quidē muri, vt &  
aliæ supremæ ædificij extremitates, pinacula  
vocabantur. In muro itaq; illo seu pinaculo  
editissimo, collocanerat diabolus Christum  
Dominum, vt & ipse omnes qui erant circa  
templum intueretur, & ab omnibus conspi-  
ceretur; in hoc tamen falsus est, vt diximus,

ET DIXIT EI. Christo videlicet, in illo pinaculo constituto.

SI FILIUS DEI ES. Hoc enim illum  
G maxi-

maxime torsit, hoc scire desiderabat; ideo  
repetit. Neq; absq; causa. Nam iuxta & cele-  
stissimum ipsius propositum, scire id mul-  
tum eius intererat. idcirco addit suadens, vel  
potius impudenter imperans,

*Diabolus  
ima suadet.* MITTE TE DEORSVM. Hec est  
diaboli perpetua cantilena, mentes videli-  
cet Christianorum à supremis & cœlestib; ad  
infima & terrena retrahere, & efficere ut  
propter hæc caduca & momentanea, expo-  
nat se quis & animæ & vitæ periculis. O  
quot sunt tales. At Christianorum est Chri-  
stum sequi, nec vlla in re Sathanæ obedire,  
sed sursum erecta corda habere; vt etiam ab  
Ecclesia in sacrosancto missæ sacrificio quo-  
tidie monemur. Id enim præter alia mul-  
ta commoda, spem bonam in nobis alit  
augetque. Spei namque munus est, sursum  
mentem eleuare, sicut desperationis depri-  
mere ad imam, usque ad restim, quod Archi-  
topheli & Iudæ proditori contigit. Quare  
ne audias diabolum, infima tibi suadentem,  
sed Christum & sponsam eius cœlestia in-  
culcantem. Et vero quia audierat Sathan,  
Christum Dominum scripturam allegan-  
tem, neque ipse vult sibi deesse, Deo per-  
mittente, ne te quidquam moueat (quod  
fit in simplicioribus) etiamsi audias mini-  
stros multas citantes scripturas. Subdit igitur dæmon.

*Remedium  
sursum cor  
habere.*

*Inde spes  
qua sur-  
sum fert.  
2. Reg. 17.  
23.  
Mat. 27.5.*

*Diabolus  
simia Dei.*

SCRIP-

**S C R I P T V M E S T E N I M.** O quam frequens est verbum istud in ore ministrorum hæreticorum? Verum est Christum eo esse usum primum, sed neque illud minus est certum: sponsam Christi Ecclesiam, illo quoque uti præ omnibus hæreticis. Itaque **N O T A .** Ecclesia ex ore Christi, Synagoga hæreticorum ex ore diaboli illud accipit. Vis ad hæc **R e g u l a .** discernenda Lydium lapidem? Accipe vnu è pluribus, illud videlicet Apostoli, **F r a t r e s** **2. Thes. 2<sup>o</sup>** **s t a r t e , & t e n e t e t r a d i t i o n e s , q u a s d i d i c i s t i s , s i u e** **1<sup>o</sup>** **p e r s e r m o n e m , s i u e p e r e p i s t o l a m n o s t r a m . T r a d i t i o** igitur est quæ te docebit, quodnam sic & verbum Christi ac Euangeliū legitimū & quæ eius vera interpretatio. Sed videamus quidnā scripturæ diabolus contra Christum adducat.

**Q V I A A N G E L I S S V I S M A N D A V I T** **Q u a d r u p l e x f r a u s** **D E T E ,** inquit, producens versiculum ex **S a t b . n a m a** **P s a l . 9 0 .** Qua in re quadruplici vititur fraude. Primum quia profert verba qua Christo cōpetere nō possunt. Nā quod subiungitur.

**E T I N M A N I U V S T O L L E N T T E ,** recte quidem dicitur de alijs viris pijs iuxta illud Apostoli, Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capient salutis, sed de Christo minime, Is enim cum esset Deus tali ministerio non eguit. Nam quod subditur.

**N E F O R T E O F F E N D A S A D L A P I D E M P E -**  
**G 2 D E M**

2. Tacet se- DEM TVVM. De offensione & casu in pec-  
quensia. catum proprio sumitur, à quo nos angeli cu-  
stodire solent. Christus autē Iesus, nullo un-  
quā obnoxius fuit percato, ideo impingere  
in hunc lapidem non potuit. Secundo vete-  
ratorie diabolus subtricuit verba sequentia,  
super aspidem & basiliscum ambulabis, & con-  
culcabis leonem & draconem, hæc enim illi mul-  
tum nocere poterant. Tertio peruersè quæ  
de spirituali auxilio (quod dæmonem nō la-  
tuit) dicta sunt, corporali applicat. Deniq;  
quia etiā de corporali male concludit, Deus  
Angelis suis mandauit de te, ergo mitte te  
deorsum. (O quam solerter & frequenter  
ministri hæreticorum in ihsis, & alijs illum  
imitantur.) Idecirco eximie,

AIT ILLI IESVS, respondens ad ob-  
iecta, & clavum clavo pellens ac dicens.

R. TR SVM, quod alij ad præcedentia, alij  
ad sequentia (vt Biblia Christiana) referunt,  
vt sit sensus, vel respondit illi Christus Do-  
minus, iterum; vel iterum,

SCRIPTVM EST, id est, quasi è con-  
trario, alia scripture, inquit,

NON TENTABIS DOMINVM DEV  
TVVM. Ac si diceret Christus, Tentarem au-  
tem Deum, si absq; vlla necessitate, expone-  
rem me periculo. Omnis enim, qui, cum hu-  
mana ei suppetunt media, diuina quærit mi-  
racula tentat Dominū; multo magis quan-  
do id

*Christi Ve-  
ro eximie  
concludit.  
Deut. 6.16.*

do id sine necessitate facit; omniū vero maxime quando insuper malo id sine operatur. Et vero hæc omnia hic concurrebant. Nam & erat alius descēsus ex illo pinaculo, nō volando per aëra; & nulla huius rei causa alia suppetebat, quam vana gloria, ut oculos intuitum perstringēdo, ab illis de re nullius utilitatis laudaretur. Hæc ad literæ enodationem, jam alia videamus.

Et primum quidem quod ad ordinē, quo tentationes istæ pœnitæ sunt, attinet, puto cum plerisq; doctorum nostrum Matthæū seriem narrationis seruasse. Lucam autē qui hanc secundam postremo loco ponit, eam neglexisse, quod sit haud raro. Quærimus deinde quanā ratione, hac tentatione expiscari voluerit diabolus Christum (sic Deum). Id enim illum attentasse diximus antea. Nec vero difficile est id indagare; Prima ceterum illa dæmonis verba Si FILIVS DEI ES, tam in hac, quam in priori tentatione prolatā, rem totam produnt. Si enim Christus in confirmationē eius quod voluit Sathan, aliquod horum miraculorum fecisset, certo cognouisset illum esse Deum. Sperabat enim forte Lucifer Christum angelis demādaturum, ut se ex illo pinaculo deponerent in terram, vnde duplici via quod volebat habuisset, tum ea quam iam explicuimus,

tum

SECVN-  
DV M ex-  
perimentio  
Sathan  
ex imperio.

G 3

tum ex imperio Angelorum. Imperare enim Angelis Dei solius proprium est.

*Doctrina  
morale.  
1. contra  
tra super-  
biam.*

*2. Contra  
tentantes  
Deum.*

*Quales  
sunt pro-  
digii.  
Specaren-  
tes.*

*Deo iniurijs.* Nos vero quid inde discemus? Pauca è multis. Primum notabimus deuicta carnis illecebra, eauendam nobis esse superbiam; hæc enim sicut aliarum virtutum, ita sobrietatis, & continentiae comes est, boni haud bonus. Verum hac de re in postrema conacione agendum erit: nunc huic loco propria quædam tractemus, In primis vero quæ ad tentandum Deum, quod hic Christus Dominus prohibet, pertinent. Est enim ut arbitror non nemo, qui dum virtutem se hac in parte exercere putat, vitio dat manus. Exemplo sint profusi seu prodigi, qui omnia sua turpiter deglutiunt, eos, si tu forte admoneas, ut vitæ postmodum transigendæ rationem habeant suæ, confessim ab ijs audies, se spem in Deo collocasse, certosque esse sibi nihil defuturum unquam. Ceterum non est hæc virtus pulchræ spei, in qua sibi isti applaudūt, sed vitium fœderæ temptationis Dei, in quod Sathan hos impellit miseros.

*Ab exem-  
pto quod  
NOTA.*

Quid enim expectas & expertis à Deo, quod iam habes datum tibi ab eo? quodque loco gratitudinis in contemptum ipsius dissipas & disperdis pessime? Dic quæso si aspiceres mendicum panes, & alia obsonia canibus projicientem, cum ea spe, te illius preces exauditurum; atque his quæ habuit & excellentiora,

Ientiora, & copiosiora daturum munera,  
daresne? non equidē id mihi persuadeo, imo  
increpares & impostorem inclamares, vix-  
que ne manus illi injceres tibi temperares:  
idem igitur tu quoque à Deo tuo expecta.  
Abundantiam non panis tantum & obso-  
nij, sed & pecunia, & aliarum rerum pretio-  
sarum dedit tibi Deus, tu vero lenonib. me-  
retricibus, aleatoribus, ebriosis, parasitis, e-  
pulonibus, hisq; similibus, qui cane putrido  
fœtidiores sunt Deo, omnia donas & dicis  
fidere te Deo, plura te ab eo accepturū mu-  
nera. Qua fronte, qua impudentia? quasi  
miracula à Deo exigis, cum media honeste  
viuendi iam in manibus habens ea disper-  
das ac dissipes vniuersa? Præsumptio hæc  
est & Dèi tentatio, non spes & fiducia. Spes  
enim vera hoc in negotio fundatur in illo  
adagio ORA ET LABORA, quocum tu  
neutrum præstas. Oratio enim tua vel nulla,  
vel execrabilis, quia non pauperibus, ami-  
cise, sed inimicis Dei, Deo dona distribuis:  
labor vero qui vere labor dici potest, adeo  
est nullus, ut quæ magno longoq; sunt par-  
ta labore, tu otiosus paruo deglutias perda-  
que tempore.

Sunt & alia tentandi Deum genera penè  
innumera. Dixi de illis qui legunt libros ha-  
reticos absque licentia, qui grauissime equi-  
dem tentant Deum, ideoq; plerique eorum

Spes Vera  
orat & la-  
borat,

Quales aliq;  
multi.  
Vi celibes,  
ambitiosi,  
etc.

G 4                  in

in hæreses præcipitantur. Dico iam deis, qui siue iam sacerdotes sint, siue alio modo celibes, suadente diabolo, mittunt se deorsum, conuersantes & dulces sermones miscentes cum fœminis qui tentant Deum dum putant nihil id eis nocitrum quod innumeris causa ruinę fuit. Tentant & illi Deum qui contrario modo, non mitentes se deorsum, sed ascendentibus sursum, (est enim Sathan mille artifex) dignitates cum seculares, tum vero Ecclesiasticas, appetūt, procurant, multiplicant, quibus tamen pares esse nec possunt, nec curant. Tentant denique Deum omnes qui se periculo exponūt peccandi, absq; vlla necessitate, quorum in singulis statibus infinitus est numerus, maximè in illis qui ceteris sunt periculosiores, vt sunt cauponum, causidicorū, mercatorum & omnium, qui pecunijs lucra consequantur, sed quis vniuersa enumerabit?

*Remedias  
tria.*

*1. Verbum  
Dei.  
Quomodo  
cont. heret.  
producendis*

Ad remedia venio, quorum nulla excellentiora quam ea quæ dedit Christus. Duo bus enim in priori victoria positis, nempe verbo & exemplo, addidit tertium præceptum, miro artificio verbo apposite allato retundit verbum præpostere à Sathanā productum, vt nos idem facere doceat. Et nota non sine grandi mysterio in hac sola tentatione quæ superbia vitæ à Ioanne nuncupatur, dæmonem scripturam allegasse, vt noris in hæ-

In hæresi, quæ ex hac ipsa lacuna cumpromis procedit peruerendi sacras literas maximū *NOTA.* vsum esse, discasque simul qua arte sint retundendi ab iis quibus id competit. Modus iste Christi domini, nempe scripturam contra scripturā adferre, est sane excellentissimus. Euenit enim ut videns hæreticus scripturam contra se allatam, aut omnino obmutescat (ut hic fecit Sathan) aut scripturæ illius quam perperam citauerat solutionem ipse in mediū proferat, quod ipsimet haud semel experti sumus, Itaque verbo Dei in primis obtundendæ sunt tentationes exsuperbia emanantes.

Exemplum sequitur Christi, qui sicut in priori ita in hac, imo in omnibus impugnationibus, nunquam facit quod vult Sathan, atque idem ut diximus nobis est faciendum. In hoc enim consistit victoria nostræ tota. Postremo addit hic Saluator præceptum dicens *NON TENTABIS DOMINUM DEVM eiusdem.* *3. Præceptio* TVVM, cuius nos memores in iis quas attulimus, & in innumeris aliis temptationibus, obediemus potius Christo prohibenti, quā Sathanæ suggerenti. Proinde in omnibus necessitatibus nostris, quantum possumus & valemus media humana adhibebimus, miracula vel extraordinaria auxilia non exceptando. Ita fecit Paulus quando ne *AG. 9.25.* prehenderetur Damasci à præposito Aretæ *2. Cor. 11.* regis,

*Act. 16. & 22. cap.*  
*Act. 12. 17.*  
 regis, in sporta per murum demitti se passus est, quo etiam nomine in quadam epistola sua gloriatur. Ita idem ut effugeret flagella & carceres, ciuem Romanum se esse proclamauit, idque valde vrsit. Ita Petrus eductus e carcere miraculose, abiit in alium locum vtens humanis mediis & abscondens se, ne inueniretur ab Herode non expectans aliud miraculum, cum suppetarent remedia humana: id ipsum nobis est semper faciendum, cum in corporis, tum vero in anime periculis. Sed ad Euangelium redeamus. Itaq; videns diabolus neq; Christum ex illo pinaculo descēdere velle, neq; Angelos ad eum deponendum aduentare, ipse.

*Tertium tē  
cationum  
Caput con-  
cupiscentia  
oculorum.*  
 ITERVM secundo, volente seu permittente Iesu  
 ASSVMPSIT EVM, & tulit per aera sicut prius.

DIA BOL VS idē Lucifer seu Beelzebub.  
 IN MONTEM EXCELSVM VALDE.  
 Quidam putant montem istum fuisse trans Iordanem, illum ipsum vnde Moysi Deus ostenderat terram promissionis. Cōmunius tamen & probabilius sentiunt doctores eum fuisse prope locum vbi ieunauerat Christus, asperguntq; qui eo sunt peregrinati montem hunc inde vocatum fuisse montem diaboli. Quicquid sit hoc est certissimum cum multis miliarib. fuisse dissipū ab

ab Ierosolyma, quo tamen breuissimo temporis spatio Sathan detulit Christum.

ET collocato ac cōstituto in illo excelsō monte.

OSTENDIT ei, non Iudæam tantum,  
vt olim Deus Moysi (licet aliter) sed

OMNIA REGNA MUNDI. Quanam Quo sa-  
than often-  
dit Chriſto  
regna.  
Luc. 4, 5.

id fuerit factum ratione, differunt & dissident doctores, præsertim recentiores, maxime propter Lucam, qui dicit id in momento temporis factum: proinde putant quidē dæmonem formasse ex aere quasi tabulā Cosmographicam, figurā ac effigiem totius terræ cōplete tētem, hacq; ratione simul ostēdisse Christo domino omnia. Quamuis vero nec certi hic esse possit quidquā nec mul tū referat id ignorare, probatur tamē magis priscorū opinio, qui asserebāt Sathanā dīgito extenso, monstrasse Christo iuxta diueras orbis partes Regna & Monarchias diuersas, & non solum regna ipsa, sed.

ET GLORIA M E O R V M dicendo, hic Et gloriam  
quidem esse regna Persarū, & Chaldæorum corum.  
opulētissima, ibi vero Ægypti amœnissima,  
illīc autem Gr̄ecorum sapientia resertissima,  
isthic Romanorum potentissima, & sic deinceps regna vniuersa, & quicquid in singulis esset excellentissimū Christo declarabat.  
Id inquam videtur mihi probabilius: tū ob antiquitatem tum quod tabulas illas potuif-  
set

2. Cor. 15.  
 52.  
**Momentū**  
 quomodo  
 sumitur in  
 scriptura.  
 Thren. 4.6.  
 Dan. 14.  
 41.  
 Sathan re-  
 diti ad inge-  
 num.  
 Isa. 8. 44.  
 L. Menien-  
 do.  
 Lyc. 4.6.  
 Mat. 28.18.  
 2. Gloriām  
 filii Dei ap-  
 petendo.  
 set etiam illi in planicie formare, quorū ergo illum in montem excelsum duxisset? tum denique quia momentum illud temporis apud Lucam non vrget. Certum enim est tam stricte, ut illud Apostolus pro *iclu o-*  
*cili accipit, hic sumi non posse, cum etiam tabulæ illæ in i&etu oculi à dæmone formari & ostendi non potuissent: intelligendum igitur est momentum pro breui tempore, ut alias non raro in scriptura capitur. Ita enim narratur Sodoma *subuerſa in momento*, item illi qui accusarunt Danielem à leonibus deuorati *in momento coram rege: quæ tam* momenta plusquam hoc in Euangelio durasse, dubitari non potest. Itaque breuissimo tempore di&to modo, omnia ostendit Christo Sathan.*

ET DIXIT EI. Ultimam & potentissimam depromens tentationem. Porro mirū est valde eum qui mendax est & pater eius, scilicet mendacii, teste Christo, tamdiu à mendacio abstinuisse. Idcirco iam ad ingenum reddit suum, & inquit.  
 HÆC OMNIA TIBI DABO. addit vero Lucas eum adiunxit, *ſſe, quia mihi tradita ſunt, & cui volo, do illa.* Quam arroganter, quam mendaciter, quam vafre, antiquam suam renouat superbiam, fingitque & gloriatur se esse illum qui olim fieri appetebat, verbum patris, filium Dei, cui data est omnis

nis potestas in cœlo & in terra. O men-  
dax qui omnia tua esse asseueras , cum  
ne acinum quidem vnum sine voluntate  
Dei cuiquam donare possis. Si tua sunt o-  
mnia cur potestatem petis à Deo mactandi  
*10b. 1. 11.*  
pecora Job? cur à Christo ingrediendi por-  
cos Gerasenorum? Conceditur tamen nō-  
nunquam dæmoni facultas , illis quos præ-  
stigiis dementauit suis , aliqua in peccatum  
propter duritiam cordis eorum, dandi & di-  
stribuendi. Iis inquam qui se ei deuouere so-  
lent, ut beneficis, strygibus, hisque similibus  
execrandis hominibus, quibus melius esset,  
si nati non fuissent, quam relicto Deo crea-  
tore & redemptore suo , spem in inimico i-  
psius & suo collocasse, sicque ad finem vitæ  
perseuerasse. O ferro & igne extirpandum  
genus hominum, ne alii ut facit noceat, cū  
in facultatibus & corpore , tum in anima &  
salute æterna. Et vero haud gratis id quod  
modicum potest , tribuit talibus Sathan  
persoluunt enim illi infelices . Si homines  
abundanter & superabundanter nimis,  
quando animam suam donant ei, quæ teste  
Christo pretiosior est vniuerso mundo. Id i-  
psum audis in verbis quæ sequuntur, quam-  
uis enim mendaciter, non tamen gratis hęc  
omnia promittit Christo , adiungit enim  
conditionem, subdens.

SI CADENS ADORAVERIS ME. Perinde  
ac si

*Mat. 8. 31.  
3. Sceleros  
homines de-  
mentando.*

*4. Caro sua  
vendendo.*

*Mat. 16. 36*

5. A Christo blasphemare adorationem latræ & ad idololatriam impellit per summam blasphemiam. Porro idolatriam committit suo modo quis mortifere peccans. Ideo enim Apostolus auaritiam vocat Idolorum seruitutem, seu adorationem, ut tu idem de luxuria, ebrietate, homicidiis, periuriis, multo vero magis de hæresibus, blasphemias & ceteris sceleribus intelligas & concludas. Ceterum cur in hac tentatione non addit diabolus verba illa SI FILIUS DEI ES, quæ in alis adiunxerat? Ratio in promptu est, necessaria n. pro scopo ipsius non erant. Priora enim quæ Sathan Christo suggerebat, nisi ad id confirmandum facta fuissent, non euidenter demonstrasset, Christum esse filium Dei, cū tam ad transformationem naturarum, quā ad deportationem hominū per aerea Deus opera creaturæ suę vti possit: Ideo etiamsi ex lapide panem fecisset, vel per aerea volasset, non constaret certo illum esse Deum, donec eo fine id egisset, at vero si (quod erat impossibile) Christus adorasset démonem constitisset illi clarissime, quod scire volebat, eum non esse Deum, cum peccatum in Deum cadere non possit, multominus tam enorme quale est idolatriæ, quam suasit Sathan.

6. Idem facit in omnibus.  
Gal. 4. 20.

TERTI.  
VMSathan  
ne exper-  
imentum  
an Christus  
sit Deus ē  
peccato.

Ten-

Tentat autem Diabolus Christum Domini postremo loco *concupiscentia oculorum*. Nam etiam si hæc tentatio per se considerata & minor, & stolidior sit ceteris: sic tamen preparata omnium solet esse terribilissima. Debilior est aliis, qui circa minima bona versatur, quæ ideo externa vocantur, quia nec corpus nec anima ea perse appetit. Stulta quoque est quia facile agnoscitur. At vero tali asperfa condimento, quale est dominandi & regnandi facultas, quam hic Sathan promittit fortissima est. Habet enim coniunctam & concupiscentiam carnis, cum talibus, quidquid hac in parte libeat factu sit facillimum & superbiam ritæ qua honores ac dignitates vltro sequitur, nisi sis valde cautus. Itaque tentatio hæc ita ornata agit potenter: sed potenter quoque imo potentissime à Christo Dominio reiicitur. Etenim.

TVNC, audiens videlicet tantam impudentiam.

DICIT ET IESVS, cum quadam indigitatione & stomacho.

VADE SATHANA. abi, apage te hinc ò aduersarie ( id enim verbum Sathan designat ) neque loquaris mihi quicquam amplius, neque sis ylterius molestus.

SCRI-

*Concupiscentia oculorum  
mixta granulissima.  
NOTA.*

*Quomodo  
a Christo  
reiicitur.*

*Quando sit  
presidium  
in scriptura*

*Ez. 22.61.*

*Déut. 6.13.*

*Adoratio  
Et seruitū  
anplex.*

SCRIPTVM EST ENIM. Ad solitum & solidū recurrit remedium, ad scripturam inquam, ut quid nobis hac in parte sit faciendum diligenter inculcat. Propter obliuionem enim verbi Dei, omnes pene victorias reportat Sathan ex nobis. Exemplo sit Apostolorum princeps de quo Lucas. *Et conuersus Dominus respxit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi domini cuius ( vt etiam alias notaui- mus) si ante recordatus fuisset, tam turpis tentatio illum non oppressisset. Obliuio i- gitur verbi domini, & eorum quæ nos illud docet causa est maxima casus nostri. Quare ad imitandum non Petrum obliuiosum, sed & Petri, & nostrum dominum Iesum in re- tinendis & in memoriam nobis reducendis contra omnes tentationes sacræ scripturæ locis, solertes simus dilectissimi.* Id enim si fecerimus, spes in nobis exurget eximia, tum celebris ex hoste referendæ victoriæ tum salutis nostræ. Sed iam audiamus, quam scripturam Christus contra Sathanam producat.

DOMINVM DEVVM TVVM ADORABIS in- quir, testimonio petito ex eodem quo an- te Moysi loco, sed aliquantulum immuta- to, sensus tamen idem omnino est. con- cludit.

ET ILLI SOLE SERVIES. Tam adorationē quam seruitutem latrīæ intelligit. Alias e- nim

nim & adorare homines, & seruire illis certo  
adorationis & seruitii genere licet, fuitque  
sanctis visitatum. Ita Abraham *adorauit po-*  
*pulum terra, filios videlicet Heith,* Gen. 22. 7.  
*etiam si es-*  
*sent idololatræ : ita nepos ipsius Iacob ado-*  
*ravuit pronus in terram septies Esau fratrem* Gen. 31. 41.  
suum à Deo reprobatum : ita idem Iacob  
Laban socero suo licet idololatræ seruiuit  
viginti annis, ut ipse testatur : ita & alii viri  
sanctissimi, impiissimis sepe sese submiserunt,  
sed usquead cultum latræ nunquam  
quem tamen hic Sathanas à Christo exigit,  
cum ne minimo quidem honore dignus  
esset, propterea à Christo grauiter repre-  
hensus & repulsus, licet iniuritus, recedit ta-  
men. Nam sequitur in Euangelio ho-  
dierno.

TUNC RELIQVIT EVM DIABO-  
LVS, non tamen in perpetuum. Sathan. ad Nam  
tempus re-  
Lucas inquit. *Et consummata omni tentatione cedit.*  
diabolus recessit ab illo usque ad tempus, vt  
Luc. 4. 13.  
noris & ipsum Christum alias ab eo tenta-  
tum fuisse, & nos post victoriâ semel & ite-  
rum, imo millies reportatam securos esse  
non debere. Ait autem Lucas omnem ten-  
tationem consummatâ fuisse, quia ad hæc  
tria capita, omnes aliæ quæ innumeræ sunt  
reducuntur, vt & Greg. & alij sancti notant, Greg. hom.  
& nos aliqua ex parte ostendimus, pauca a-  
16. in Ene-  
lia in sequenti conacione dicturi, itidemque ang.

H vltima

victima quæ ministerium nobis Angelorum  
explicant verba discussuri.

Iam vero quandoquidem fauente Chri-  
**DE DUEL-**  
**LO quada.** sto Iesu expositionem Euangeli pro nostro  
modulo perfecimus, ad calcem concionis  
tum de duello isto admirabili, tum quoniam  
modo hinc in spem erigi possimus, paucis  
quædam adnectamus. Et duellum quidem,  
quomodo transactum fuerit vidistis, perso-  
nas confligentes agnouistis, supremū vide-  
licet bonum, & supremum nequam, arma  
quoq; hinc & inde vibrata animaduertisisti,  
& locum conflictus conspexisti, qua in de-  
serto, qua in ciuitate, qua in monte, & alia  
adiuncta ut reor intellectis, pene tamē nō  
plene: plenam enim (dummodo illa haberi  
possit) harum rerum meditationem piis ve-  
stris relinquo contemplationibus, ego vero  
paucas de causis pugnae huius subiecto. Su-  
ceptum est autem duellum istud, partim  
Christi causa, ut impleretur quod de illo di-  
xit Apostolus, tentatum autem per omnia pro  
similitudine absque peccato. Ad similitudi-  
nem enim nostri, id est sicut & nos tentatus  
fuit, eo excepto, quod nos aliquando suc-  
cumbimus & peccamus, id vero Christo  
factu impossibile fuit, ideo dicit absque  
peccato: partim ipsius Sathanæ ergo, ut  
vinceretur a fortiori, & spolia eius dis-  
tribuerentur, quod in Christi resurrectione  
ne fie-

*Cur suscep-  
tum? Tum  
Christi.  
Heb. 4.15.*

*Tum sa-  
thana.*

ne fieri ceptum est, partim vero & maxime propter nos nempe ut incitaremur ad Chri-  
 tum nostrum *Tum nostrum causa.*  
 stum sequendum ut animaremur ad ho-  
 stem debilitatum persequendum, ut instrue-  
 remur quomodo armis concessis esset no-  
 bis vtendum. Arma vero generalia quidem  
 sunt, verbū Dei, quo tanquā clypeo solidissi-  
 mo muniti, omnes igniti serpentis ignitas  
 excipiems sagittas, & resiliet à nobis. Hoc  
 est n. quod nos docet Iacobus dicens, *resisti-*  
*re diabolo & fugiet à vobis.* At ego inquis  
 simplex sum scripturā non noui. *Quero no-*  
*sme decalogū seu decē præcepta, septemq;*  
 peccata cap talia? Si ignoras, cur Catechit-  
 mū non discis? tu vero ēt refugis: si scis idi-  
 plū sufficit, præsertim si addideris quæ a-  
 liquando pro concione audiisti. Exempla  
 adferre non est huius temporis tu ea & à te  
 ipso, & ab aliis facile habebis.

Ad singularia venio, quæ tango potius *In specie.*  
 quā tructo. Supremus hostis noster est dia-  
 bolus: instrumenta vero eius sunt illa tria  
 quæ Ioannes commemorat, & Euangeliū  
 & ipsa experientia demonstrat, *concupisen-*  
*tia inquam carnis concupiscentia oculorum*  
*& superbia vite.* Carnem franges cum a-  
 liis: tum ieiunio vt fecit Christus licet  
 non indigeret; tu qui indiges, si non facies,  
 quam excusationem habebis? Eam inquis  
 quia ego non possum ieiunare, sicut ieu-

H 2 naut

*Tum nostrum causa.*

*Quomodo*  
*Christus in-*  
*mitandus.*

*In genere.*

*IAC. 4. 7.*

*f. Carnem*  
*ieiunio do-*  
*mando.)*

*I. IOA. 2. 16.*

*Excusatio-*  
*nes refutan-*  
*tur*  
*NOTA.*

nauit Christus Dominus. Ego vero tibi plus dico, te neque debere sic ieiunare ( excipio quos ipse Christus excipit, qui paucissimi toto Euangelii, imo totius mundi aeuo ) esset n. hoc tentare Deum, idcirco extrema sunt fugienda, ne deludatur a Sathan, præstandum autem quod Ecclesia amanter prescribit. Sed neq; id quidem possum inquis, magnam n. sentio famem, & debilitor, & dormire non possum, cibiq; isti quadragesimales complexioni meæ non seruiunt. O quam frequentes eiusmodi querelæ. O quam plerumq; falsæ & deceptoræ. Vis videre? Cogita si decesset tibi cibus famis tempore, si in obsidione esses, si in captivitate apud Tartaros, quod haud rarum in hisce partib. si in tremebus, quid faceres? quando vel mucido pane eoq; in mensura dato, vel carne equinæ semicruda victitare deberes? Pati me inquit oporteret, vel etiam agrotarem, vel forte morerer. Forte etiam non, imo forte robustior fieres, prout cum quibusdam complexionis & educationis tenerrimæ factum intelleximus. Imo nunquid innumeræ hac de re historias non habemus? quomodo principum, regum & monarcharum filii austerrimam postea vitam duxerunt. Quam igitur excusationem iis nos in illa die accusantibus dabimus? Solus ille admirabilis Iosaphat, de quo apud Damasc. legimus, tan-

ti Mo-

*Damascen.*  
*in historia.*

ti Monarchæ, tam delicate, à patre idololatria educatus filius, ut nihil supra postmodum eremiticam austerrimam ducens vitam, omnes istos qui complexionē incusant grauiter arguet, vel etiam condemnabit. O quantopere pater mendacii Sathan, per mendacem carnem nostram sæpe nobis imponit? tam in quantitate quam in qualitate, ac aliis ciborum circumstantiis? Paucis humanam naturam esse contentam dicebant antiqui & res ipsa loquitur. Apud nos quoque in proverbio vertitur, plura desiderare oculos quam ventrem, quod verum est, sed illud multo etiam verius ex ipsa scriptura depromptum, plures debilitati, imo emori cibi abundantia, quam ieiunio. Vide ergo nedum carni condescendis, carnem ipsam perdas, & dum complexionem incusas, complexionem soluas. O quam pulchre & veraciter mater nostra ipsi Deo loquitur [ hoc sollempne ieiunium, animis corporibusque curandis salubriter institutum esse ] Huic igitur fidem potius adhibeamus, quam deceptæ, & deceptrici carni nostræ. Quod si in illis necessitatibus & casibus talia patremur inuiti, absque ullo præmio, quæ nostra est quæ dementia nolle libere, & libenter eadem sufferre, magna & certa cum spe mercedis? Quod si famem, debilitatem, insomnia, & alia huiusmodi sentis,

*de Barlaam.*  
*& Iose.*

*Ieiunii fru-*  
*ctus,*

H 3            quid

quid noui, quid mirum? cum idcirco ieiunium sit institutum ut affligamur, ut debilitemur, ut somno minus indulgeamus (pro ut nos eadem Ecclesia in hymno quodam monet) ut carne patiente spiritus non patiatur? At remedium in promptu est, idque efficacissimum, nempe intueri mentis oculis faciem Salvatoris nostri Iesu, quæ post tot dierum inediā famemque quam vltro suscepit grauissimam, ita impalluerat, ut inde Sathan animaduerterit illū esurire, quid ni igitur nos modicum quid molestiæ ipsius & nostri sustineamus causa, qui tanta nostri pertulit gratia? Faciamus igitur obsecro & faciamus alacriter. Alacritas enim cum vili & paruo cibo, & nutrit melius quam exquisitissima fercula, & spem in nobis certam erigit, auxilium nobis adfuturum ex alto, ut tristia latō peragamus animo.

*a. Concupi-  
scētiam o-  
culorum re-  
pellendo.  
Christi Es*

Percorro reliqua. Concupiscentia oculorum, siue illam amici, cognati, socii ingenerant, siue malo ex appetitu, siue aliunde ē mundo obueniat, profliganda est vocula illa admirabili Christi domini VADE. Apagete hinc (dicas ei) tace, obmutescere, non obedio, non procuro, imo refugio vanitates, vel potius calamitates istas, quo enim quis talibus plus abundat, eo maioribus curis illumangi, ideoq; miserorē esse oculis video, manibus

nibus palpo meis. Quare monentem Apo-  
stolum, habentes alimenta & quibus tegamur  
his contenti simus, & audio, & obedio, & dictū  
sapientissimum satis demirari nequoc. Vere  
n. qui his contenti non sunt, nunquam cō-  
tentii sunt, cñ quo plura habeant, eo in dies,  
imo horas singulas, plura & potiora appetāt.  
Hoc contra concupiscentiam oculorum est  
remedium excellentissimum. Addes & aliud  
itidem ex hac ipsa Euangelica historia, re-  
cordaberisq; ea quæ mundus appetit vni-  
uersa, tam euanida fore, quam euanuere illa  
quæ Sathan Christo in aere ostendit, siue id  
digito, siue per figuram aliquam fecit. O  
quam res est futile tam rebus nihil affici?  
Quid vero refert etiamsi paulo tardius id  
fiat, si tu inde nihil præter pñnas æternas re-  
feras?

Superbia denique vitæ, & eodem modo  
ac verbo VADE explodenda, & humilitate  
ac patientia profliganda ominino erit. Qua-  
rum virtutum vt alias semper, ita hic quo-  
que præstantissimum in Christo Iesu exem-  
plum habemus. Quis enim non ob-  
stupescat filium Dei adeo se hosti suo sub-  
mississe, vt portari se ab eo per aerea  
permiserit? adeo patientem fuisse, vt  
quem pro tot blasphemis sibi irrogatis  
in momento ad nihilum redigere potuiss-  
et, illum ne increparet quidē, nec acerbius

H 4            quid

*1. Tim. 6,8.*  
Apostole  
dictū.

*Facto Eu-*  
*angelico.*

*Ratione.*

*3. Superbia*  
*frangendo*  
*humilitate*  
*& patien-*  
*tia.*

quid diceret preter verba illa VADE SATHANA, quæ postmodum etiam Petro dilecto sibi discipulo dixit? Qui erunt superbiæ vitæ  
<sup>Mat. 16.23</sup> tam excelsi muri, qui hisce duobus arietibus non confringantur ac penitus comminuantur? Nulli equidem si humilitatis & patientiæ Christi Domini diligentes fuerimus imitatores. Faxit Deus.

*Summa di-  
ctorum &  
speciei ergo-  
de media.*

1. *Fides eius  
que regula,*

2. *Duelli  
meditatio.*

3. *Munda-  
na spe pro-  
fligatio.*

4. *Ieiunium,*

5. *Fiducia  
non tenta-  
to Dei.*

Postremo de spe in nobis erigenda au-  
gendaq; dicendum est nobis, nec quidquā aliud, quam dicta in cumulum redigendo. Si n, ea quæ diximus obseruauerimus, spe pulcherrima minime carebimus. Cuius quidē virtutis cum fides sit fundamentum, hæc à nobis possidebitur, si scripturam sacram nō proprio è sensu, vt hic diabolus, & omnes hæretici, sed ex sensu Christi, quem consen-  
sus Ecclesiæ nobis suggestit interpretati fue-  
rimus; addemus potro nocturnam ac diur-  
nam duelli: tum Christi, tum nostri medita-  
tionem, & exercitationem: addemus spei mundanæ quæ in mendacio posita est: &  
cuius mundus plenus est, seriam profliga-  
tionem: addemus iejuniorum ab Ecclesia institutorum, etiam cum aliqua carnis mo-  
lestia sedulam obseruationē: depressa n, ad  
imam carne per inediam, spiritus per spem ad  
suprema erigetur: addemus & ordinatam fiduciā in auxilio diuino ac angelorum e-  
ius, Deum non tentando, sed illi collabo-  
rando,

rando, & medijs humanis quamdiu possumus vtendo, vt Petrus & Paulus Apostoli, alijq; fecere sancti: addemus & vigilantiam, qua malam securitatem profligabimus, scientes Sathanam, etiam si vinctus fuerit iterum centies milliesque reuersurum: ex quo quanto frequentius triumphabimus, tanto vires eius magis magisque debilitabimus ipsique contra eum fortiores euademus: addemus denique eam de qua in prima concione disseruimus, sanctam huius patriæ consuetudinem, pœnitentiam agendi & confitendi in ipso quadragesimæ ingressu, ne inutilia & vana sint ieiunia nostra. Melius igitur est inquis non ieiunare, si inutiliter ieiunare debeo. Absit ut id melius dicatur, quod nebonum quidem est, imo est duplex peccatum, ad ieiunium enim obligaris, quod si non obseruas peccas, & priori peccato de quo punitere non vis hoc aliud adiungis. Melius itaque imo optimum erit, si id quod dictum est diligenter obseruaueritis. Hac enim ratione spes vera viaque tanquam Lucifer orietur *2. Pet. 1. 19.* in cordibus vestris, qua Luciferum illum infernalem, cum satellitibus ipsius profligabitis præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre in unitate Spiritus sancti vivit & regnat Deus per æternam secula, Amen.

*O. Vigilantia.*  
N O T A.

*7. Confessio  
ex more.*

*Obiectio  
reundetur.*

\* \*  
H 5

CON-



## CONCIO IV. CHARITAS.

**CHRISTI** Et ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.

**SIMILIA.**  
Ttriplex a.  
moris signū  
in præcipi-  
ente.

INTER alia amoris & benevolentie Principis erga subditos, patris erga liberos, sponsi denique erga sponsam suam signa & indicia illa tria sunt insignia. Primum tolerabilia eis præcepta præscribere, (nam dare nulla, naturæ horum omnium repugnare videtur) alterum, media ad ea perficienda quæ mandantur tribuere sufficientia; Postremum efficere ut & fructus ferant, & præmia referant remissa. Ea vero omnia Christus Iesus, Dominus, pater & sponsus noster ita præstítit, ut lógo omnia superarit interuallo. Mandata enim & leges non tolerabiles modo, sed & leues Christianis dedit, clámante dilecto eius discipulo, *mandata eius gravia non sunt, & ipso legislatore, iugum meum suave est, & onus meum leue.* Media vero & vires ad ea exequenda quæ præcipiuntur, tam sunt efficacia, ut ab origine mundi ijs similia visa auditave fuerint nunquam, indeque fructus copiosi. Quid de mercede dicam? dicat ipse qui

*Id Christus  
excedit.*

*x. Ioan. 5. 3.*

*Mat. 11. 30.*

qui illam tribuere consuevit, mensuram bo- *Luc. 6.38,*  
*nam & confertam, & coagitatam, & supereflu-*  
*entem dabunt in sinum vestrum, inquit Iesu,*  
*quod non de illa tantum, sed etiam de hac*  
*vita intelligendum esse, tum alia scripturæ*  
*loca, tum hoc ipsum quod præ manibus ha-*  
*bemus Euangelium, haud leue nobis præ-*  
*bet argumentum.*

Itaq; præmissa thematis explicatione, tria  
 ista in hac concione demonstrare studebi-  
 mus, tum ad declarandum amorem erga nos  
 dulcissimi Iesu: tum ad excitandam in nobis  
 erga illum dilectionem ac gratitudinem. Ef-  
 fice obsecro Saluator noster in nobis quod  
 tibi semper placuit, placetq; in tuis, vt & nos  
 tui esse, teq; in æternum laudare valeamus.

Deuicta à Christo Domino omni tenta-  
 tione, & profligato ad tempus Lucifero (si-  
 cut in primoribus audiuitis concionibus)  
 vt typus eorum quæ nobiscum geruntur, de-  
 tur nobis aliquis & gustus.

ET E C C E, inquit Matth. ad admiratio-  
 nem nos hac particula excitans.

ANGELI Boni quos administratorios *Heb. 1.14.*  
 spiritus Apostolus vocat.

ACCESSIONT, in visibili forma, si-  
 cut & Sathan, nam inuisibiliter aderant *Ministrant*  
*Angeli,*  
 semper.

ET MINISTRABANT EI, Christo  
 videlicet triumphatori c Sathan. Qua vero  
 in

PROPO.  
*Quadr-*  
*membri.*

I. MEM.  
 BRVM.  
 Thema.

*Tum cibū* in re illi ministrabant ? Doctorēs passim  
*procurādo.* asserunt, eos in esca procuranda ministrasse  
*Tum Chri-* Christo, quē quidem cibum à virgine ma-  
*stum depo-* tre ipsius sanctissima tulisse Angelos pī pie  
*nendo.* contemplantur : alij tamen arbitrantur eos  
 etiam Christum Dominum de monte de-  
 posuisse, quod à vero alienum non est, nem-  
 pe Luciferum ter prostratum, ideoque in-  
 dignabundum, ita in monte illo excelsō &  
 prærupto Christum reliquisse, ut naturali  
 modo ipse pedibus suis inde descendere nō  
 posset. Itaque Christus Dominus sicut è pi-  
 naculo deponi ab Angelis nolens docuit  
 nos vt̄i humanis medijs, quamdiu ea suppe-  
 tunt, ita nunc eorum vt̄ens ministerio, in-  
 struit nos vt̄ omni humana ope destituti, ro-  
 tam fiduciam nostram in Deo collocemus.  
 Id enim si fecerimus efficiet ipse procul om-  
 ni d̄ebito, quod ad maiorē nominis sui glo-  
 riā magis nobis expedire iudicauerit. Hęc  
 de themate dicta sunt : Addita porro con-  
 solatione. Nempe propter nos hęc acta cſ-  
 se, vt̄ sciamus, quotiescumque contra Sathanam  
 victores euaserimus; nos quoque siue  
 angelica, siue Domini Angelorum suauī vi-  
 sitatione nunquam priuatum iri. Magnum  
 diuini amoris argumentum : sed iam ad ea  
 quę p̄cipue proposuimus accedamus.

*II. MEM-  
 BRVM.  
 Lex Chriſti  
 juanis.*

Tria sunt quę ignavis in legē Christi gra-  
 uia & aspera esse videtur, primo statuta Chri-  
 juanis. sti per

*Doctrina  
 inde.*


*Et consola-  
 tio.*

stis per Ecclesiam promulgata, præsertim lex  
iciuniorum: secundo tentationes & frequē-  
tes & varia: tertio pœnitentia fructusque  
ipsius. Ad hæc tria omnia quæ in Ecclesia  
sunt acerba reduci posse videntur; quæ cum  
Catholicis quibusdam: tum vero hæreticis  
vniuersita sunt exosa, ut ea aut è medio  
tollant funditus, aut si id nequeunt ferant  
impatientissime. Inique sane ut paulo post  
videbitis; nunc vero tria hæc ex Euangelio  
ostendamus, & duo quidem priora clarissi-  
ma sunt. Iciunat enim & tentatur Iesus: ter-  
tium vero statim sequitur. Peracta enim o-  
mni tentatione *venit et habitavit in Caphar-*  
*naum, & exinde cœpit Iesus prædicare, et dicere,* Mat. 4.13.  
Ibid. 9.17.  
Matt. 3.1.

*pœnitentiam agite. Imitatus videlicet & om-  
nes Prophetas Prophetarum Dominus, &  
ipsum præcursum suum Ioannem Bapti-  
stam.*

De his itaque tribus, dicam vobis tria P A - P A R A -  
R A D O X A , quæ videbuntur forte quibus-  
dam omnem fidem saperantia: at in rei ve-  
ritate certissima sunt. sunt vero illa. Ab ipso  
mundi exordio, nunquam fuisse: tum legem  
iciunandi placidiorem: tum pœnitentia con-  
stitutionem suaviorem, ac nunc est. Quam  
iniqui igitur sumus, si contra hæc murmu-  
ramus? quam ingrati si ea non obseruamus?  
Discurramus & demonstremus singula per  
ordi-

*Tria accen-  
ba de quib.*



**PRIMVM** ordinem breuiter. Lex ieunij Christi per  
 tenuum Ecclesiam siue Ecclesiæ accepta à Christo  
 nunquam potestate, (pro eodem enim hæc computa-  
 mus) est, vt Christi fideles statim anni tempo-  
 ribus, & diebus, à certo ciborum genere fere  
 continant. Plura in ieunio Catholicorum,

quæ ad essentia eius pertinent, ego non cer-  
 no, imo eerno pauciora. Nam excipiuntur  
 ab hac ordinatione personæ haud paucæ, vt  
 veram & filijs indulgentem matrem agno-  
 scas. Confer hæc cū omni quæ fuit ab initio  
 diuina ieunij lege, & reperies non uno, sed  
 tribus omnino modis nostrâ præ alijs ieuio-  
 rem esse.

I. qui non nullum est  
 perpetuum,  
 Et ultim.

Primo quia in omni lege fuit perenne  
 quoddam ieuniū. Semper enim à certo cibi  
 genere perpetuis abstinebatur temporibus;  
 talis vero cibis nunc nullus est, ideoque; etiam  
 ieunium perpetuum nullum. Et in paradiſo  
 quidem ac postea versque, ad diluuium, fuit, siue  
 lex, siue cōſuetudo ieunandi omniū graui-  
 ſima. Videtur enim quod tum temporis ab  
 omni carnium, volucrū, & piscium abstine-  
 batur genere. Quid enim denotat illa cōceſ-  
 ſio à Deo, Noe facta, Et omne quod mouetur  
 & vivit, erit vobis in cibum quaſi olera virētia,  
 tradidi vobis omnia, niſi eos hac facultate an-  
 te caruſſe? idicō, inquit, quaſi olera virētia  
 tradidi vobis. oleribus enim tantum & arbo-  
 rum fructibus, tunc vietabant homines.

Gen. 9. 3.

Quod

Quod euidentissimū etiam est ex illis verbis  
Dei ad primos parentes in ipsa creatione,  
*Ecce dedi vobis omnēm herbam afferētem semen* *Gen. 1.12.9.*  
*super terram, & vniuersa ligna quae habent in se-*  
*metipsis semētem sui generis, ut sint vobis in ejēcā.*  
Deniq; ex his insuper terræ nascentibus ex-  
cipit adhuc Deus in Paradiso vnā arborem  
dicens, *ex omni ligno (id est fructus cuiusvis*  
*ligni) Paradisi comedē, de ligno autem scientia*  
*mali, & boni ne comedas.* Quid ad hæc dicent  
nostrī carniuori, qui timent ne moriantur,  
si aliqua die carnibus se non infarciant? Post  
diluvium etiam si placidius se gesserit Deus  
*In legēna-*  
*tura.*  
*Gen. 9.4.*

*In legē*  
*Moyſi*

Secundo leuior nunc est lex ieiunij, quam *2. quia fai-*  
olim ex illo quoq; capite, quod omnia prio- *cile dispemē-*  
ra ieiunia ab ipso Deo, & quoad præceptum, *sabue;*  
*&*

& quantum ad modum constitutum fuerint. nunc licet diuinum sit præceptum de iejunio, vt in secunda concione audiuitis, modus tamen ieunandi totus est in manu Ecclesiæ positus: proinde olim dispensandi in lege ieunij difficillima erat ratio, quæ nūc & facilis est, & fit pro ratione locorum ac regionum. Quæ laxitas quanti sit æstimanda

*3. quia non  
omnes ligat*

quis non videt? Magis porro etiam tertia, nempe ipsa lege Ecclesiastica excipi à iejunio personas quasdam, quod an vñquam ab orbe condito in vsu fuerit non memini me legere. Agnoscamus itaq; dilectissimi hanc Christi gratiam, neque vero per impatienciam ad iniquas murmurations; sed per pietatem ad gratitudinem impellamur rogo, vt quod magna cum charitate ac lenitate est institutum, cum amore & alacritate & veros filios decet, & suscipiamus & exequamur.

*Tentatio-  
nes perpe-  
tuas esse.  
NOTA.*

*Gen. 2.17.  
Gen. 3.4.*

TENTATIONES sequuntur, quod alterum acerbitatum caput est. A quibus, quæ lex, quis locus, quæ personæ, quod tempus liberum vñquam fuit? Nihil horum equidem. Cum ipso mundo, & in ipso Paradiſo cœperunt, quodq; notandum maximè originem suam propter iejunium habuerunt. Audita enim Sathan lege ne comedatis, statim insurgit cum suo nequaquam. O quam ad amissim illum nunc & hæretici, & quidam

dam incauti imitantur Catholici, addentes argutiūculas diabolicis illis persimiles? Hoc igitur fuit tentationum initium, cui progressus mundi progressum, finis finem dabit. Sicut enim pisibus in aqua, ita hominibus dum hic sunt, in temptationibus viuere proprium est. Decurritur igitur & decurrent in hoc temptationum stadio toto mundi tempore, non tamen pari passu, nunc enim grandiori qui volet, ut poterit, quæ nouæ legis est gratia & suauitas.

Aio itaque nunquam ab ipso mundi ortu temptationes fuisse tolerabiliores, quam nunc sunt. Id vero prouenit duplici à capite ad quæ cetera referuntur. Iam enim & tentator est debilior quam olim, & homo est firmior quam olim. De hoc postremo in alijs concionis partibus agemus, quando media & remedia à Christo nobis relicta excutiemus. de priori dicamus iam aliquid. Compertuin est Christianis singulare certamen, quod hodie cum suo nostro que hoste Deus homo factus Christus Iesus iniuit perdurasse vsq; ad crucem, quo tempore, quem hodie tribus iictibus debilitauit, ita prostrauit, ut impleretur quod olim prædicendo cecinerat Dauid dicens, Deus contenter dentes eorum, molas leonum confringet Dominus, leonum inquam infernalium, qui teste Apostolorum principe rugientes circa. Psal. 58. 7. Pet. 5. 8.

I cumeunt

*Asimili.*

SECVN<sup>s</sup>  
DVMPA<sup>m</sup>  
RADO<sup>m</sup>  
XVM. Te-  
staciones  
nunquam,  
Et nunc to-  
lerabiliores  
1. Nostri  
ratione.  
2. Demonis  
deuilitatea-  
sa.  
Cuius den-  
tes contriti  
à Chrsfo.

*Miro arti-  
ficio.*

*NOTA.  
Asimili.*

cumeunt ut deuorent nos , comminuientes Deus. Et videte quanto id cum artificio perfecerit. Sicut enim quispiam à leonibus seu canibus appetitus, nihil ad eos debellandos artificiosius excogitare posset, quam si lapidem carne circumvolutum in illos proiceret , quem leones canesue rabi de, vt solent arripientes , dentes in eo comminuerent suos. Ita omnino fecit Christus Dominus, idq; futurum Propheta pulchre his notat. Lapidem enim illum angularem, r̄uum, à Deo electum, honorificatum, diuinā inquam personam quodammodo cooperuit Christus Iesus carne humanitatis nostrę quā nostri similem peccatricē putans esse leo ille & canis infernalis, irruit in eam, cum hodie, tum vero postea, maxime autē in cruce, vbi impletū est, quod hic audis; dentes videlicet ipsius contritos, molaresq; contractos esse.

*Tria nobis  
præstata be-  
neficia.*

Tria itaq; nobis præstantissima Christus Dominus præstitt beneficia ; Primū quod iam audistis. Scitis enim leonem canemue qui comminutos habet dentes adeo formidabilem non esse. Secundum quia illum abegit, vt audis in Euāngelio, nec solum à se, sed etiam à nobis , non quidem in perpetuum. (Si enim de Christo dicitur, receperit ab eo usque ad tempus; quanto magis id de nobis intelligitur? ) ita tamen ut rarius accedat; qua de re D. Ambrosius, inquit [vides ergo ipsum

*Eph. 2.20.  
1. Pet. 2.4.*

*Luc. 4.13.  
Ambros. in  
bunc locum  
Lucas.*

ipsum diabolum non esse in studio pertinacem, cedere vero solere virtuti, & si inuidere non desinat: tamen instare formidat, quia frequentius refugit triumphari.] Tertium quia arma ad depellendum Sathanam reliquit nobis; sicut is qui lapide a se abigit canem, alteri victori arma contra eundem linquit: ita omnino Christus. Est igitur quod hanc triplicem gratiam, nouæ legis propriam agnoscamus, est cur dicamus nunc tolerabiliores esse tentationes, quam olim fuere; est quod Christi Iesu amorem in nos consideremus, & pro amore amorem, gratitudinem & gratiarum actiones reddamus. Atque utinam, & id ut par est agamus, & tantis donis, ut ipse cupit utamur diligenter.

At inquis, multa & varia sunt nunc temptationum genera, modi vero omnino innumeri. Quinimmo ( addes ) compertum est, quo quis plura a Deo accepit beneficia, sanctiusque viuit, eo illum magis contutti temptationibus. Quid? Putasne haec antiquitus defuisse? erras profecto si id autumnas. Nonne audiuisti olim clamantem Iobum, Militia, seu tentatio est rita hominis super terram? Ut ergo catena ex annulis: ita vita nostra ex temptationibus connectitur. Id quidem certum est, non

*Obiectio de  
multitudi-  
ne tentatio-  
num solui-  
tur.*

*Semper eas  
fuisse testa-  
tur Iob, &  
similitudo.  
Iob. 7.8.*

*Diuersimo-* omnes æqualiter tentari, pauci enim in ve-  
*detamen.* teri Testamento, Iobo & Machabæis, pau-  
ci in nouo, Apostolis & alijs athletis sunt  
persimiles. Fieri etiam potest ut unus cen-  
tum patiatur tentationum insultus, dum  
alter ne decem quidem sustinet. Ceterum  
hanc diuinæ prouidentiæ abijssum, ingre-  
di nec debo nec volo: Nunquid enim  
*Rom.ii.34* ego consiliarius eius fui? Quatuor tamen  
*De quo qua-* pro mea & vestra consolatione hic suggero.  
*tuor* Principio hæc nihil officere dictis nostris;  
*NOTA.* siue enim plures, siue pauciores sint tenta-  
*1. Nil id no-* tiones, semper tamen verissimum est, eas  
*bis obesse.* tolerabiliores nunc quam olim esse. Profi-  
*2. Iustum* teor deinde tam in his, quam in alijs simi-  
*esse Deum.* libus omnibus, siue quis ea capiat, siue non,  
nec iniustitiam, nec crudelitatem in Deo  
esse vllam. Est porro pijs Catholicis mul-  
tiplex hic consolatio. Hinc enim eviden-  
ter videmus verum esse quod inquit Apo-  
stolus, fidelis Deus est qui non patietur vos  
tentari supra id quod potestis. Cum enim  
varios tentat, scit quid quis sustinere va-  
let. Num figulo insipientiorem faciemus  
Deum? Nouit ille qualem ignem vas  
quodlibet à se factum sufferre potest: & ne-  
sciet Deus, homo à se creatus quas tenta-  
tiones valebit supportare? Absit à nostris  
*3. Et fide-* mentibus tanta blasphemia. Postremo a-  
*lem ab e-* io, quod etsi nobis certo constaret, plures  
*xemplu-*  
*33,*  
*4. Cur nūc* nunc  
*sint tolera-*  
*biliores ten-*  
*tationes.*

nunc quam antea tentationes reperiri; mi-  
rum tamen id videri minime deberet: tum  
quod plures iam quam olim numereruntur,  
qui Deo seruunt. Omnes autem qui pie vo-  
lunt vivere in Christo Iesu persecutionem patien-  
tur, inquit Apostolus; tum quod maiores  
nunc sint consolationes, quæ pie viuenti-  
bus non tolerabiles modo, sed etiam dul-  
ces reddunt tribulationes & tentationes, eo-  
dem attestante & dicente. Quoniam sicut 2.Cor.1.5:  
abundant passiones Christi in nobis; ita per  
Christum abundat consolatio nostra. Et ite-  
rum: Superabundabo gaudio in omni tribula-  
tione mea. Itaque ( claudo cum eodem )  
consolamini inuicem in verbis istis; ex bonita-  
te enim & amore erga nos Christi Iesu, hæc  
prouenient vniuersa.

Quisnam est inquis amor iste? quæ  
consolatio? cum tot amaritudinibus, tri-  
bulationibus & impugnationibus coniuncta?  
Quidni potius efficerit Christus, ut  
Christiani perpetuis abundantem consola-  
tionibus? Hæc quidam. Quibus egregie  
competunt verba illa simili in negotio à  
Christo Domino dicta duobus Apostolis,  
Nescitis quid petatis, Nescis inquam, ô ho-  
mo qui talia cogitas, quid desideres, quidue  
oqueraris. Optas enim quod in hac vita o-  
ptabile non est. Loqueris & reprehendis  
quod factis tuis ipse approbas. Quis enim

2.Tim.3.  
12.

2.Cor.7.3.

1.Thess.4.  
18.

Altamur-  
murus  
Deum iu-  
discans.

Inepta.  
Mat.10.38.

Iniqua ipsif-  
met testib.  
à simili  
exempli.

N O T A,

naturalis amor est fortior eo, quem pater in filium, mater erga propriam gerit prolem? Curigitur tu ò genitrix à te genitum gentilium ab vberibus abstrahis tuis, indignantem, ciulantem, imo nonnunquam etiam ægrotantem? Cur tu ò pater ablegas à te filios magna cum illorum molestia ac mœrore? Si liberos non amatis, quomodo parentes estis? si amatis cur tantam crudelitatem in eos exercetis, & non potius quod ipsi volunt eis permittitis? Amamus inquis etiam in isto actu sic enim expedit illis. Secus enim si faceremus, nec infans solido assuesceret cibo, fieretque debilior, nec puer domi altus in delicij proficeret quicquam, essetq; sibi, & toti domui nostræ dedecus ac ruina. Cur ergo rogo te negas Deo, id quod tibi duce tribuis ratione? cur crudelem vocas amore magis quam tu æstuantem? nonne per prophetam audisti eum dicentem. *Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio vteri sui?* Et si illa obliterata fuerit, ega tamen non obliuiscar tui. Exclamabo hic cum Dauide. *Recta iudicate filij hominum, cessateque arguere in Deo, quod laudatis in vobis;* præsertim cum Deus præter amorem iustitiae hic habeat plurimum. Si enim solius peccati originalis causa potuit nos perdere omnes, quid conquerimur, si & præpter hoc, & ob nostra grauiora etiam peccata

*Amor Dei  
in nos.*

*Isa. 49.15.*

*Psal. 57.2.*

*Tribulatio  
num cause  
varia.*

cata, tantillas immittit tribulationes & tentationes? cum insuper nostri id commodi causa faciat? Lege Apostolum hoc ipsum exemplum matris tractantem , & eos qui lac consolationum adeo appetunt , iam carnales vocantem , iam expertes sermonis <sup>1. Cor. 3. 2.</sup> iustitiae eos esse docentem , iam afferentem tales non habere discretionem boni & <sup>Heb. 5. 12.</sup> mali. Quæ omnia cum in vitio sint , fugienda nobis erunt dilectissimi , inordinatus porro consolationum amor , conuertendus in gaudium de tribulationibus , & in gratiarum actionem , ut nos Apostoli monent.

Neque vero satis est grato suscipere animo immissas tribulationes ac constantem se in illis perferendis præbere , sed & alias tentationes præter has necessarium est cognoscere , agnitis resistere , easque solerter profligare . Duo enim cornua habet bestia illa crudelis diabolus , quibus incautos ventilare consuevit , quorum sinistrum aduersa , dextrum prospera , seu secunda nuncupare placet . Et configendo cum Christo illo præcipienti vobis est in passione , hoc vero hodie dicimus , præsentim quatenus illo spirituales impedit personas . id enim huic concioni maximè quadrat , cum quibus eodem ut plu-

<sup>Iac. 1. 2.</sup>

<sup>1. Pet. 4. 13.</sup>  
Suscepēda  
Et propul-  
sanda ten-  
tationes.

<sup>Duo demo-  
nis cornua.</sup>  
Dextrum  
trifurcatum  
quo etiam  
spirituales  
petit .

*J. Gaſtri-*  
*margia.*  
*Caf. lib. 5.*  
*Inst. &c.*  
*col. 5.*

*Signa eius*  
*multa &*  
*clara.*

*NOTA.*

rimum se gerit modo, quem tentando Ieſum tenuit. A gaſtrimargia enim incipit, ſicut & Caſſianus alijque viri spirituales notant, & res ipſa loquitur. Itaque ne-  
mo existimare debet, ſe in ſpiritu profe-  
ciſſe, niſi prius domesticum iſtum hostem  
aſtutum ac veterotorum mille modis ſub  
ſpecie boniſe inſinuantem debilitet, fran-  
gat, proſfiget. Dicta ſunt hac de re haud  
pauca in tertia concione. Nunc igitur ſi-  
gna tantum tangamus tum vita: tum mor-  
tificationis eius. Viuit in nobis gaſtrimar-  
gia, ſi anxia de cibo potuque cogitatio, lo-  
cutio, & ſollicitudo nos premit, ſi viliora  
quaꝝ prius placebant fercula nunc diſplicet;  
ſi etiam ſub ſpecie conſeruandæ sanitatis,  
(o quam id frequenter fallit) deliciorum  
ciborum deſiderium nos angit, ſi denique  
(plures ab alijs pete) videmus appetitum  
noſtrum nunquam eſſe contentum, ob-  
murmurat enim etiam leuiſima ſæpe de  
cauſa, neque vñquam detrahi quicquam,  
ſed adiici ſibi cupit, neque in hac modum  
aliquem tenet, ſed deſiderio commodi-  
orum ciboruſ ſemper ultra prouehitur. Hæc  
omnia euidentiſſima ſunt iudicia gulæ nos-  
mancipium eſſe.

*Contraria*  
*ſpiriti.*

Quemadmodum enim cum alicui dies in  
ſingulos magis magisq; ſpiritualia placent,  
ſignū eſt illum in ſpiritu proficere; ita è di-  
uerso

verso, quando carnalia arrident, magis vero quando etiam cum molestia & murimurare procurantur, clarum est documentum carnem dominari. E contrario vero non permettere se ab appetitu agi ducique, pulchrum inimici huius debilitati est indicium. Quod non defuit illi qui dixit, *Scio & abundare, & penuriam pati*, utque noris de hac eum materia loqui, addit *scio & satiari, & esurire*. Eximia sane ars & spiritualibus necessaria, ut sciant, neque cum est harum rerum abundantia, voluptatis se tradere, ac in cibo potuque vel excedere, vel ei se totos immergere, neque cum haec desunt, aut ægre ferre, aut submurmurate, quinimo ita diuinæ bonitati pro defectu sicut pro abundantia gratias semper agere. Hæc cum pro omnibus, tum vero pro virtutis fæminisque spiritualibus sint dicta. Crassiora carnis irritamenta quæ nos ad libidinem incitant, non tango, quia una concione omnia dici non possunt, præsertim cum de aliis quoque temptationum generibus singulis sit nobis aliquid delibandum.

Carnis temptationi succedit mentis turbatio, qua Sathan ad superbiam indeque ad vanam gloriam ac deteriora incitare cōfuerit homines. Id fecit Christo domino, cum ei in pinaculo templi constituto dixit.

MITTE TE DEORSVM, non tam  
I 5 præ-

*Signa domi  
ta quæ Do-  
minus ap-  
petuus.*

*Scire pessi-  
rari & cu-  
rine cum  
Paulo.  
Phil. 4.12.*

*2. Superbia.*

præcipitum, quam captare inanem suadens honorem, quem nancisci potuisset Christus, si in confertam hominum turbam quæ plurima ad templum illud celeberrimum stare consueuerat, scse volando inieciisset. Tentatio ista tanto est periculosior, quanto mens corpore est excellentior. Itaque ut ei medetur Dominus Iesus medicus peritisimus, priorem nonnunquam aut præmitit, aut permittit. Testatur id tum experientia: tum ipse Apostolus, quodque mirandum magis seipsum in exemplum ponit. Verba ipsius sunt. *Et ne magnitudo reuelationis extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Sathanæ*, per quem licet varii varia intelligent, maxime tamen verbis Apostoli quadrare videtur, quod etiam D. Thomæ placet, stimulum hunc carnis concupiscentiam fuisse, qua & Sathan multum potest, & impeditum se fuisse ipse Paulus expresse satis profiteretur scribens ad Romanos. Ea de re eximie Augustinus [ videte ait medicamentum quod sibi dicit appositum, ne extollar inquit, datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Sathanæ. O venenum quod non curatur nisi veneno. O antidotum quod quasi de serpente conficitur, & propterea theriacum nuncupatur ] Hec August. Istud igitur theriacum

*Quæ huic  
medetur te  
ste Apostolo*

*I. Cor. 12. 7.*

*D. Thom.  
in hunc lo-  
cum.*

*Et Augu-  
stino.  
Aug. serm.  
3. de Verbis  
Domini.*

cum

cum id est serpentinum aduersus i<sup>c</sup>tus antiqui serpentis diaboli, clamantis adhuc in paradiſo eritis tanquam dij, apponit aliquando Christus athletis suis, vt apposuit Paulo, causamque assignauit, vel modum potius, quo medicina hæc salutem operari consueuit. Ait enim. nam virtus in infirmitate perficitur, virtus videlicet humilitatis, qua omnis excellentia è medio tollitur, perficitur & acquiritur, & possideatur, in infirmitate carnis concupiscentia exstuantis. Tum temporis enim homo & agnoscit seipsum suamque infirmitatem & cristas deponit, dona & bona, quæ habet non sibi sed Deo adscribens, nec suum sed ipsius solius honorem & gloriam inde quærens.

Quodque stupendum est magis, non per carnem modo, spiritum nostrum ne extollatur humiliat Christus, sed etiam in ipsa anima & intellectu nos vexat temptationibus spiritualibus, cuiusmodi sunt spiritus infidelitatis, spiritus desperationis, spiritus blasphemie: non illi quidem quibus celestissimi homines ad patranda talia facinora agitantur & impelluntur: sed illi quibus sancti nonnunquam viri fæminæque probantur & tribulantur ne per superbiam corruant. Graues sane sunt mali isti & turbulenti spiritus, & tanto molestiores, quan-

*Theriacum*

*Gen. 3.*

*Quomodo*

*id fieri*

*Nº T. A.*

*1. Cor. 12. 8*

*Imo spiri-  
tuales etiā  
tentationes  
huius medie-  
tūr.*

*Graues san-  
ne.*

to

to vniuersaliores, pertinaciores & diuturniores. Noueramus non neminem talium, & compassi sumus, digni enim sunt magna commiseratione. Ceterum neque hæc, neq; alia tentationum genera, que sive à superbia proueniunt, sive illam inducūt, sive ad eam comprimentam inducuntur persequi temporis, instituti, viriumque nostrarum fert ratio. Quis enim innumera non dico explicabit, sed vel enumerabit? Nunc vero monuisse sit satis, hæc vniuersa, non ad laqueum (absit tanta à Christiano homine blasphemia) sed ad medicinam à sapientissimo & benignissimo amatore hominum Iesu nobis apponi semper, & grato luscipienda esse animo, & amorem pro amore redendum esse.

Postremum temptationum caput, quo Sathan ultimo loco, & Christum Dominum inuasit, & nunc personas spirituales etiam vinculo religionis constrictas haud raro perurget, est AMBITIO, & dominandi prælatumue agendi domi vel foris, cupiditas miserabilis. Malum vleus & omnis boni corruptela pessima, quæ si aliquando mentem occupauerit consensumq; impium eliciebit, ita hominem exercitat ac infatuat, vt nullum sit peccatum quod patrare refugiat, dummodo optatis perfruatur honoribus. Est euidentis in Euangelio huius rei exemplum

*Omnium  
pessima.*

*Ad secessif  
simia impel  
lit.*

plum. Propterea enim hac arte ad idololatriam Christum Iesum incitare conatur dia-  
bolus, ut noris ad persuadenda grauissima  
quæque peccata, nullum eum potentius ha-  
bere medium ac arietem, quam ambitionem,  
quæ ex omnibus quasi aliis conflata est ten-  
tationibus, ut ostendimus in alia concione.  
Istam igitur tanquam ipsum Luciferum fu-  
giat, & fugabit totis viribus tum à seipso,  
quam ab aliis homo quiuis spiritualis, sed  
maxime religiosus, cui ea è diametro plane  
repugnat. Hæc de temptationibus spiritualiū,  
ut promisi delibasse, Christique in eo quo-  
que amorem ac benevolentiam erga nos  
demonstrasse sufficiat. Certum enim est,  
etiam hanc postremam temptationem si quâ-  
do in nos immittitur vel permittitur, fieri id  
ad maiorem in spiritu nostrum profectum  
quem certo assequemur, si remediis à Chri-  
sto nobis relictis serio uti voluerimus.

Antequam vero ad media hæc recenti-  
fenda veniamus, ultimum quod proposui-  
mus Paradoxum non quidem explicandū  
(extra limites est enim Euangeliū hodierni)  
attingendum tamen nobis erit. Est vero il-  
lud, in nulla vñquam diuina lege & placi-  
diorem & fructuosiorem fuisse pœnitentia-  
tiā, quam nunc est. Utilitas inde patet,  
quod & sacramentum sit, & gratiam tribuat,  
qua de re plura inferius. Porro suauitas tri-  
plici

*Vt in Euā  
gelio.*

*Ideo sum-  
me fugien-  
da.*

*Amor Chri-  
sti.*

*TERTI-*  
*V M P A -*  
*R A D .*  
*Pœnitentia*  
*nunquam*  
*& nunc &*  
*moderatio*  
*& utilior.*  
*Moderatio*  
*triplex.*

plici colligitur ex capite, iuxta tres pœnitentia<sup>z</sup> partes. Cum enim pœnitentia nihil sit aliud, quam detestatio eius quod contra Deum amasti: tum corde, tum lingua, tum opere ipso, necessarium est, ut qui vere vult pœnitere his tribus peccatum detestetur suum. Hac enim ratione iniuriam Deo irrogatam poterit aliquomodo compensare. Inde tres illæ partes pœnitentia<sup>z</sup> ortum habuerunt, nempe cordis dolor seu contritio, oris confessio, ipsaque operis satisfactio. Quæ quidem omnia sub suavi iugo Christi Domini leuiora esse, quam vnquam alias, manifestum est. Primo de contritione. Olim enim requirebatur semper dolor perfectissimus, quem contritionem vocamus: nunc vero si detestatio ad attritionem perueniat satis est cum Sacramento ad acquirendam peccatorum remissionem, sicut & doctores affirmant, & quod multo est maius Concil. Trid. determinat. Quanta suauitas? quantum bonum? Tantum sane ut multi nunc saluentur, qui si olim vixissent, olim etiam condemnati fuissent. Quis ad tantum amorem Christi Domini, & gratiam nouo testamento attributam non obstupefacat?

*¶. In confesſione qua  
sempre si-  
gnatur.*

Id ipsum in aliis quoque pœnitentia<sup>z</sup> partibus est perspicuum. Etenim voluif-  
fe

se Deum ut confessio peccatorum fieret, non solum coram creatore, sed etiam coram creatura, bene colligitur ex illo quod Deus ambulans in paradiso ad au-  
Gen. 3.8.  
Vide Bellar.  
min. de pœ-  
nit. lib. 3.6.  
3. tom. 2.  
 ram post meridiem exigit confessionem à primis parentibus. Id enim per Angelos factum in assumpta forma humana asle-  
 runt doctores, & merito. Si enim Iudei te-  
 ste Stephano protomartyre dicuntur ac-  
 cepisse legem in dispositione Angelorum, quæ  
 tamen lex digito Dei scripta esse afferitur,  
Act. 7.53.  
Exod. 31.19.  
 quanto iustius hæc & alia per ministerium Angelorum peracta fuisse creduntur? In lege autem veteri confessionem homini faciendam, præscriptam à Deo fuisse, multis ex locis patet. Sufficiant illa Dei ad Mosen verba. *Loquere ad filios Israel, vir si-  
 ue mulier, cum fecerint ex omnibus pecca-  
 tis quæ solent hominibus accidere, & per ne-  
 gligentiam transgressi fuerint mandatum Do-  
 mini, atque deliquerint, confitebuntur pec-  
 catum suum.* Fuit igitur in illa lege confessio non vniuersim tantum, sed in particulari (ideoque inquit ex omnibus peccatis) non so-  
 lum coram Deo, sed etiam coram sacerdote facienda, cuius erat pro quantitate & qualitate criminis pœnam etiam maiorem vel minorem imponere. Indeque euidens est tam confessionem, quam satisfactionem eo tempore, multo quam nunc fuisse se-  
 ueriorem

ueriorem. Ibi enim confessio publice fiebat, nunc in aurem. Ibi sacrificia boum, arietum, hircorum, pro peccatis indicebantur, nunc nihil tale. Ibi denique ultra compensationem totius damni proximo illati, addebatur quinta pars, dicente ibidem do-

*Ibid, vers. 7* mino, reddent ipsum caput, quintamque partem  
desuper ei in quem peccauerunt. Iam vero satis  
est, quantum iniuriæ intulisti tantundem  
restituere. Stat itaque firma, rata, verissima-  
que quam ab initio posuimus proposito;  
neque penitentiam, neq; tentationes, ne-  
que ieiunia placidiora fuisse vñquam, quam  
sunt sub lege Christi. Proinde & iugum Eu-  
angelii omnium esse suauissimum, & Chri-  
stum Iesum autorem, fundatorem & con-  
seruatorem nouæ legis summo amore di-  
gnatum, qui ea quæ alibi acerbiora sunt hic  
redit amabiliora.

III. MEM-  
BRVM.  
*Media &*  
*remedia.*

*Generalis*  
*tria.*

Quod ut magis magisque pateat, vt que-  
nos diuinam ipsius bonitatem vberioribus  
prosequamur laudibus, videamus iam quo-  
nam modo, non solum placidiora in noua  
lege sanxerit mandata, sed etiam insuper vt  
hæc leuiora alacriter sustineamus & ex-  
equamur, media & remedia reliquerit, longe  
quam antea fuerunt præstantiora & effica-  
tiora. Hæc iam & ex quamplurimis pauca,  
& ex generalibus peculiaria intueamur,  
breuiter, & præterea singulis capitibus si-  
gulis

gula remedia adiungentes. Itaque generaliter loquendo dulcem nobis reddet legem Christi: tum in iis quae recensuimus: tum in reliquis omnibus AMOR in quo ipsa fundata est tota, ideoque lex amoris nuncupatur. Amor vero si aderit, durum nobis profecto nihil erit. Amor enim adeo suavis <sup>1. Amor.</sup> est, ut nihil eo sit dulcius, adeo ferax ut nihil eo copiosius, adeo potens ut ad peragendum quodvis opus, nihil illo esse excogitariue possit efficacius Quod si in illa lege timoris & in iugo quod neque patres nostri ( inquit S. Petrus ) neque nos portare possumus, inuenti fuerint nihilominus quidam incidentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela ( quod de parentibus Ioannis Baptiste, testatur Lucas ) quanto magis nunc in lege amoris, & in preceptis tolerabilissimis, ab hominibus Christianis, multoque magis a personis spiritualibus, & in formam Christi Iesu vocatis non solum ut olim sine querela ( notate quae verbum hoc contra eos qui murmurant & conqueruntur ) sed etiam sine ruga obseruari debent vniuersa, tum imposita, tum vltro susceptra?

Huc accedit exemplum Christi Iesu Domini nostri, qui & ea, & multo maiora, quam nos sufferre vel possumus, vel debemus, pertulit non modo libenter, sed etiam

K alacri-

<sup>2. Exemplum</sup>  
Christi.

alacriter. Iciunauit plusquam nos, tum legem ieuniorum antiqui testamenti stricte obseruando, tum alia, & hodie & alias proculdubio adiungendo. Similiter tentationes longe quam nos grauiores, tam in prosperis hodie & sepe, quam in aduersis toto vita suæ tempore maxime vero in cruce illum sustinuisse quis vel ambigere poterit? Denique pœnitentiam multo quam nos pergit strictiorem non pro suis quidem quibus ita caruit, ut nec habere ea potuerit, sed pro nostris peccatis. Quod maximum beneficij genus est. Quis Christianus, maxime vero homo spiritualis vel religiosus ad similia, & peragenda alacriter, & toleranda patienter, tanto talique non animetur exemplo? Neque vero solius Christi Domini, sed etiam aliorum nobis similium hominum, virorum, fæminarum, senum, iuvenum, puerorum, puellarum, omnis denique generis, sexus, status, conditionis, infinitus suppetit numerus qui non modo totam Christi, & sponsæ ipsius Ecclesiæ legem exactissime feruarunt: sed etiam innumera tum ieunia: tum alias corporis castigations vltro addiderunt: tum pœnitentias severissimas, molestissimas & diuturnas sustinuerunt: tum tentationes tribulacionesque viribus naturæ omnino impares

pro

*Et sancto-  
rum.*

pro Christo iucunde & suauiter tolerarunt. Extant hac de re & multa & magna historiarum volumina, quæ qui volet, ( ut velle debent omnes ) & legat & imitetur. Sed vberes inquis ad id præstandum acceperunt a Christo sancti eius gratias. Cur ergo tu quoque non accipis, cum vltro tibi eæ præbeantur? offeruntur inquā & communes omnibus, ampliores quam villa vnquam nouerat antiquitas, & peculiares iis qui se ad eas recipiendas disponere voluerint.

Tertium deniq; generale remedium est, de quo hac tota differimus concione, suauitas videlicet nouæ legis. Hæc tria singulis istis molestiarum capitibus, singuli applicemus rogo, & quæ ex se acerba sunt propter Christum & salutem animæ nostræ iucunda nobis erunt. Demus huiusmodi paradigmam quoddam, pauca quædam quæ omnibus temporibus feruire possunt adiungentes. Et pœnitentiam quidem tum hæc tria, tum præmium de quo in ultimo membro dicemus, tū frequentatio confessionis placidissimam reddet, quod mirū dictu est, quantopere quotidiana probet experientia.

Ad ieiunium accedo, cuius asperitatem præter hæc ipsa tria leniet etiam utilitas Fructus enim qui inde referuntur sunt vberissimi, quos mater nostra Eccle-

*Obiectio ren-  
tundatur.*

*3. Legis no-  
ua lenitas*

*Singulis &  
hec & alia  
applicatur.*

*1. pœniten-  
tiæ preci-  
pue iteratio  
leniet.*

*2. Ieiunium  
utilitates  
mollient.*

sia vt nos animaret ad ieunia hæc alacriter peragenda , identidem repetit. In ipsa præfatione sacri quotidiani , quatuor vel quinque eorum capita contextuit ; laudans Deum [ qui corporali ieunio via comprimit , mentem eleuat , virtutem largitur & præmia per Christum Domum nostrum ] Quam eximie mira breuitate omnia complexa est ? Corporalis ieunii facit mentionem , tum quod id tempus requirat , tum vt insinuet ( quod in oratione quadam expresse docuit ) etiam corporum sanitati prodestie ieunium. Exsiccati enim per illud humores superflui , corpus relinquent vegetius , quod nimia cibi potusque abundantia nonnunquam quidē plane obruitur , ( O vtinam desint qui in ipso ebrietate exhalarunt animum ) semper autē debilitatur . Nicer illis qui plus æquo cuticulā suam curant filso contrarium videatur. Prodest itaque ieunium corpori , quia corpus ad humorum temperiem reducit , prodest animæ complicit ; prodest menti quam sursum eleuat , prodest toti homini , cui & virtutem contra hostes tribuit , & præmium eximium elargitur . Quis ergo tantum cum inuenierit repudiabit boni ? Quod si ab omnibus Christianis ieunia alacriter sunt suscipienda , quanto æquius à personis spiritualibus

*Horū quinque capita recenset Ecclesia.*

*NOTA.*

*Quæ applicantur.*

bus & religiosis etiam hilariter illa erunt  
perficienda?

Tentationes plus habent negotii: tum <sup>3. Tentatio-</sup>  
quod frequentiores sint, ac pene continuæ, <sup>nes mitiga-</sup>  
tū quod inuitis nobis ingruunt. Sed & has <sup>bit Spiritus</sup>  
lex Charitatis charas efficiet. Eius enim mu-  
nus est diuinæ fæse in omnibus conformare  
voluntati. Remedia vero ad eas alacriter  
sustinendas, & media ad deuincendas, innu-  
mera sunt, sicut & ipsæ in numeræ. Spiritus  
enim sanctus qui & Christum duxit IN DE-  
SERTVM VT TENTARE TUR A DIA-  
BOLO, & temptationes immittit vel permit-  
tit, dat etiam vincendi modos incenarrabi-  
les. Multa hac de re dicta sunt in aliis con-  
cionibus, quæ hoc quoque pertinent, plu-  
ra prætermissa & omittenda, quæ ex libris  
virorum spiritualium sunt haurienda. Uni-  
uerso loquendo vigilantia, humilitas & pa-  
tientia ad omnes conterendas temptationes  
tres sunt mallei fortissimi. Vigilantia  
aut hosti aditum præcludit: aut si id ne-  
quit, ne assensum ei præbeas inclamat.  
Humilitas hærere illum diutius non per-  
mittit, Sathan enim nullibi mollius quam  
in superbia cubat. Patientia deniq; vincit &  
profligat eum, si enim non consensisti, sed  
patienter sustinuisti, vicisti. Applicemus <sup>Applica-</sup>  
hoc tribus, de quibus est in Euangeliō ten-  
tationum capitibus breuissime.

Carni

K 3

*Tres mallei  
contra eas.*

*Applica-*  
*tur singuli.*

*Tentatio-* Carni igitur in primis INVIGILANDVM  
*et carnis* est, ne cum inimico nostro coniuret. Sic  
*inuigilan-* ut enim illis qui in obsidione versantur,  
*dum Galdo* summa cura adhibenda est, ne cum hoste  
*& similis.* externo ii qui intus sunt, domestici ac fa-  
miliares nostri conspirent: ita præcauen-  
dum est diligentissime, ne suggestionibus  
demonis caro acquiescens, mentem ad af-  
fensem pelliciat. Valde inquam hic est no-  
bis vigilandum, propter causas superius al-  
latas, proinde suspecta nobis debent esse  
semper ipsius carnis desideria, etiam si boni,  
necessitatis ac sanitatis colore liniantur.

*Ex Aposto-* Non enim mentitur Spiritus S. dicens per  
*lo.* os Apostoli Caro concupiscit aduersus spiritum,  
*Gal. 5. 17.* spiritus autem aduersus carnem; haec enim sibi  
*& pericolo.* inuicem aduersantur. Et vero sicut his, qui  
ab hostibus cincti & constricti sunt, nihil  
est casamitosius, quam cum ignorat an do-  
mini coniuratio sit facta; ita nihil est funestius  
homini spirituali, quam quando prælum  
istud inter spiritum, & carnem non sentit,  
signum est enim cum consentire inimico.

Nam certamen non deesse cuius audis te-  
statur Deus. Quo quis certior? Crede igitur  
illi, & vigila. Inuigilando autem adde cius-  
dem carnis HUMILIATIONEM. Haec vero fit  
tum modis consuetis per abstinentiam, ie-  
junia, cilicia, disciplinas & alia: tum extra-  
ordinariis quos dominus suis non nunquā  
in-

*Humiliatio-*

*addenda.*

*Exemplo*

*fancorum,*

inspirare consuevit. ita Macarius Alexandrinus, tum nudus incedens, vespis & culicibus corpus suum misere excrucianum præbebat; tum magnum saccum arenæ in exeso ieuniis corpusculo ferens, interrogatus quid ficeret, respondit vexo vexantem me. O digna tali viro sententia. Quid dicam de Hilarione, quem carni sue rebellanti, dixisse scribit Hieron. [ ego aselle faciam ut non calctres, nec te hordeo alam, sed palcis fameque conficiam, onerabo ponde-  
re ] Ipse vero Hieron, quas cum carne sua tragœdias exercuerit, constat ex his-  
toria vitæ ipsius, sicut & de aliis pluri-  
mis. At inquis ægre fert, dolet & ob-  
murmurat caro? Quid mirum? facit illa  
quod sui munera est, tu quoque tuum  
exequere. Et adhibe quam tertio loco  
posuimus PATIENTIAM. Hanc Etpatietiam.  
enim si frequenter exercueris, bono ta.  
habitu malam pelles consuetudinem pa-  
ceque perfrueris quam profecto nemo  
gulosus habet. Semper enim inuenit ca-  
ro quod obmurmuret, nisi libido eius fran-  
gatur.

Iisdem malleis utendum est ad con-  
tundendam in nobis superbiam, quod Superbia est  
expellenda.  
est alterum temptationum in Euangeliō ca-  
put, VIGILANDVM hic comprimis, ut  
Vigila est  
et agnoscas.

K 4      eius

Paladino  
in hist. Lat.  
sia. c. 20.

Hier. in Vie  
ta Hilarion  
nis.

eius naturam agnoscamus. Quamuis enim sepe in propatuo sit, fallit tamen non nunquam, cum sit versipellis. Ideo egregie à viris spiritualibus cœpis comparatur. Sicut enim si cœpis pellem detrahas, aliam statim reperies: ita detracta, & deuicta una superbiæ temptatione, cauenda est altera, quæ ex complacentia illius vitoriae statim exoriri consuevit. Superbia enim est quæ non modo perperam (vt ceteræ temptationes) sed etiam optime à nobis factis plurimum insidiatur. Cautos igitur & vigilantes nos esse oportet, & ad agnoscendas & ad denuntiandas eiusmodi insidias, medicinaque statim adhibenda. Medicinam dat HUMILITAS, quæ cum aliis quidem vitiis oblique cum hoc vero plane è diametro pugnat. Itaq; ea in promptu semper habenda est, & temptationibus superbiam, quæ nobis submittuntur, contrarii actus humilitatis opponendi. Exempli causa vult Satan, vt de ingenio vel doctrina, tibi complaceas, indeque superbias? Tu vero quid? paratos in mente tua habeas, tum errores olim à te patratos, tum negligentias in illo quem exerces actu commissas (qui enim ista in scipio non videt male profecto videt) Hac enim ratione uno vt ita dicam icta duplcam ex inimico referes trium-

*Humilia  
te & eam  
frangas.*

triumphum : tum superbiam quam suggererat calcando , Sathanamque contemnendo : tum humilitatis virtutem , qua ipse vix quicquam magis odit , excreendo . Ex hoc vero exemplo tu alia colliges P A T I E N T I - A M Q V E adhibebis cōtra importunitatem : Et feras patienter p̄- fertim sp̄- ritum blasphemie. & similes .

illa quā alijs dulcia sunt (vt est dignitatis & honoris proprij consideratio) moleste ferendo , tum terrificos illos blasphemie & similes spiritus , patienter tolerando , nec cum Sathan disputando , aut altereando , sed spem omnem in Christo Iesu collocando , qui illa à te auferet , quando tibi expedire iudicauerit . Memorabile huius rei habemus exemplum in S. Hugone Episcopo Gratianopolitano , qui plusquam quadraginta annis hoc pessimo exagitatus spiritu , demum paulo ante mortem ab eo liberatus scribitur . Hæc sit talium in magna san- Exemplum notabile . Guido in . Etate eius a- pud Surin . tom. 2. in April .

bulatione consolatio .

Denique eadem arma exerenda & exercenda sunt aduersus tertium temptationum genus , quod ambitionem suadet ; tanto acius , quanto vitium hoc est funestius . Itaque V I G I L A sedulo : tum vt agnoscas , tum vt repudies illud . Agnitu plerumque haud est difficile , prodit enim illud & finis , & media pessima , sicuti in hac Christi temptatione factum vides , vbi finis quidem fuit dominandi cupidio , medium vero Idololatria .

3. Tentationi ambitionis iniugula.

*Quia men-  
dax.*

tria. Idem cuius ambitione euenire certo tibi persuades. Quamuis enim sēpenumero cooperiat se proximi utilitate, cui haec ratione melius se opem laturum pollicetur; tamen quā mendax isthæc pollicitatio quotidiana probat experientia, & ratio ipsa. Quomodo enim proderit alijs, qui aurem dans diabolo nocet sibi? Vigila igitur & à Christo dato remedio vtere celeriter, dicens;

*Quia desiderium regendi a diabolico.*

*Priende id  
sanctis su-  
giunt.*

*Exod. 3. &  
4. cap.*

*Iean. 6. 15.*

*Gen. 10. 8.  
Impij con-  
ficiantur.*

*Ad. 8. 18.*

*Iean. 3. ep.  
20. 2.*

In historijs autem Gregorij Magni, Ambrosij, Beati quoque nostri P. Ignatij, & aliorum. Secundi vero generis fuit Nemroth, maledicti Cham

impia proles, ipse enim cœpit esse potens in terra. In novo simile quid habemus de Simone Mago, qui eminentiam aliquam concupiuit; & clarus de Diotrephe, qui amabat primatum gerere; quorum hic à Ioanne, ille à Petro Apostolis, grauiter re-

pre-

prchenduntur. Historias non est quod re-  
censem, vtinam essent pauciores, qui tam  
seculares, quam Ecclesiasticas dignitates  
consecrantes male semper audierint. Non  
igitur istos, sed illos obsecro imitare. Ide-  
niam te victrix omnium temptationum docet  
*Ergo hum-  
la te ne  
cessitas.*

HUMILITAS. quam si habebis, ineptum  
te esse ad regendum vere ac sincere coram  
Deo & Angelis eius senties. Si vero ad  
id cogeris ab eo cui obedire teneris, adhi-  
be PATIENTIAM excusando te quantum  
potes. Bene enim viri spirituales docent, o-  
bedientiam quæ alias ad omnia prompta, &  
nihil sui querere debet, in hoc solo posse  
habere aliquid de suo, modeste repugnan-  
do. Fecit id ut dixi Moyses, ter Deo resi-  
stendo, neque id ægrè tulisse videtur Deus.  
Nam quod dicitur, *iratus Dominus in Moy-*  
*sen ira hæc, benevolentia potius, quam o-*  
*dij indicium fuit; vt ex præcedentibus &*  
*consequentibus patet. Obediuit tamen po-*  
*stea, & patientiam adhibuit; quando omni-*  
*no id Deum velle intellexit. Idem B.P.no-*  
*ster Ignatius fecisse legitur, cum Generalatu*  
*suo.*

Postremum ex propositis amoris erga IN MEM-  
NOS Christi Iesu argumentum præclarum BRVM.  
est, quod non modo aspera aliarum legum FRUSTRAS,  
in nostra mitigauerit, non modo ad hæc li- PREMIUM.  
cet placidiora sustinenda media, & remedii

præ-

stantiora & efficaciora quam olim contule-  
runt: sed etiam quæ suprema eius est bonitas  
& beneficentia, & fructus nos ferre fecit v-  
berrimos, & pro paruis laboribus mercedē  
assignauit eximiam, cum in hac tum in illa  
vita. Id vero antequam demonstremus, ex-  
pedienda est prius difficultas, quæ non ne-  
minem torquere consuevit, qui videlicet si-  
at, ut quo quis Christo Domino fidelius fer-  
uentiusque seruit, & tentetur & affligatur  
magis? Exemplorum plena sunt omnia,  
cum in veteri Testamento Iob, Thobia,  
Danielis, & ceterorum: tum in nouo Apo-  
stolorum, martyrum ac reliquorum omniū.  
Vbi ergo sunt (inquit isti) illa quæ adeo  
commendantur præmia? Cur Deus per-  
mittat tentationes, agemus Deo dante alias:  
nunc dico istud quod audistis, esse sive im-  
piorum, sive pigrorum scandalum maximum:  
at vero piorum & vere Deo seruientium so-  
lida est consolatio. Audi unum exclaman-  
tem. Omne gaudium existimat fratres, cum in  
tentationes varias incideritis: alterum autem  
etiam rationem huius rei assignantem, &  
dicentem, Scientes quod tribulatio patienti-  
am operatur, patientia autem probationem,  
probatio vero spem, spes autem non confundit,  
quia caritas Dei diffusa est in cordibus no-  
stris per spiritum sanctum, qui datus est no-  
bis. O stupenda gradatio. O præmium, quo  
nec

*Obediens  
grovum.*

*Consolatio  
piorum.  
Iac. 1.2.*

*Rom. 5.3.*

nec esse, nec excogitari potest maius ullum  
charitas inquam, seu gratia diffusa in cordi-  
bus nostris. Eam vero copiosorem dari  
in noua lege, & scriptura, & res ipsa loqui-  
tur.

Tres sunt fontes ex quibus diuina fluit  
gratia, primus misericordia, & miseratio ip-  
sius; alter opera piorum in fide & charitate  
peracta; tertius sacramenta. Duos priores  
fuisse etiam olim in vsu fateor; at nunc co-  
piosorem inde gratiam emanare, quis du-  
bitabit? Iam enim misericordia & veritas ob-  
uiauerunt sibi, iam iustitia & pax osculatata  
sunt, per vniونem hypostaticā verbi & car-  
nis, iā apertæ sunt cataractæ sanguinis Chri-  
sti Iesu, qui omnium donorum & charisma-  
tum causa est meritoria. Ideoque inquit A-  
postolus, In quo habemus redemptionē per san-  
guinem eius, (remissionem peccatorum) secun-  
dum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in  
nobis. Superabundant igitur nunc gratiæ,  
tam illæ quæ gratis omnino dantur ex pura  
misericordia eius, quam eæ quæ cum aliqua  
iustitia coniunctæ sunt, quæque opera pio-  
rum sequuntur. Atque ita ex hoc duplice  
capite multo antiquis sumus feliciores, ex  
tertio vero felicissimi, quia illos toto hoc  
genere superamus. Sacraenta etenim an-  
tiquorum ex se nihil gratiæ conferebant,  
sed tantum ratione fidei in messiam ventu-  
rum;

*Summum  
primum  
charitas.*

*Hac triplicè  
fonte fluit*

*Duo priores  
in lege no-  
ua copio-  
res.  
Psal. 84. 16*

*Teste A-  
postolo.  
Eph. 1. 7.*

*Tertius te-  
nus eius.*

rum; nostra vero ex ipso quod dicitur ope-  
re operato dant gratiam uberrimam. Ne-  
que vero inuentum hoc est Theologorum,  
*Tessell codic.*  
*Gal. 4.9.*

vt hæretici nugantur. Cum enim Aposto-  
lus Sacra menta, & sacrificia veteris legis *in-*  
*firma & egena elementa* vocat, nonne per an-  
tithesim clarissime docet, nostra & fortia  
esse, ad omnes hostium propulsandos im-  
pulsus, & ditissima ad nos ubertim locu-  
pletandos? Ideo & ipsi quoque homines  
ad sustinendas tentationes nunc sunt mul-  
to fortiores. Itaque considerate iam qua-  
so vna cum Patres antiqui Testamenti,  
tum circumcisio nem ac alia Sacra menta in-  
genti cum dolore ac molestia suscipientes,  
tum mactationes ac sacrificia, boum, a-  
rietum, caprorum, & aliorum magnis cum  
laboribus & fastidio peragentes, nec quic-  
quam tamen mercedis ex opere illo ( pra-  
ter ea quæ fidei & internis debebantur acti-  
bus ) referentes; nunc vero vbi omnia  
sunt placidiora ac leuiora, vt in baptismo  
perfusio aquæ, in confirmatione delinitio  
Christinatis, in Eucharistia delibatio corpo-  
ris & sanguinis Christi Iesu, sub speciebus  
panis & vini, corundemque oblatio in au-  
gustissimo nouæ legis sacrificio, vbi inquam  
hæc hisque similia sunt suauissima, nihil  
minus non solum ratione fidei & operis no-  
stri, sed etiam ex ipsa Sacra mentorum vi &

*Vide maxi-  
mam nunc  
gratiæ  
Christi per  
exemplum.*

virtute amplam referri diuinam gratiam.  
 Quis hæc ponderando, & cum prioribus  
 illis conferendo, cunctaque ratione & ani-  
 mo diligenter lustrando, ad tanta nouæ le-  
 gis priuilegia, & gratias penitus non obstu-  
 pescat? Quis ad amandum tam munificum  
 benefactorem non exardescat? Quis ad  
 laudandam diuinam ipsius bonitatem &  
 misericordiam cor osque nō diducat suum?  
 Hæc igitur faciamus dilectissimi. Quod si  
 tales sunt fructus & gratiæ quæ in hac vi-  
 ta pijs dantur Christianis, quid fieri in il-  
 la vbi singulis gradibus gratiæ, totidem  
 gloriæ repondebunt? quantus inde erit  
 præmiorum numerus, quam magnus mer-  
 cedis cumulus? Sed de his quæ in cor ho-  
 minis non ascendunt, lingua loqui non  
 præsumat, præsertim cum solito fuerimus  
 copiosiores.

Ad ea quæ obiecta sunt breuiter respon-  
 deo: vel ipse potius respondet Apostolus di-  
 cens: *Si in hac vita tantum in Christo sperantes*  
*sumus miserabiliores sumus omnibus hominibus.* 1. Cor. 15. 19  
 Et notate quæso particulam T A N T Y M.  
 Habent enim pij in hac vita sua præmia, de  
 quibus iam disternimus. Sed talia quæ mun-  
 dus parui vel nihili aestimat. Spiritualia enim  
 sunt, ipsi vero carnales & animales. *Anima-*  
*lis autem homo non percipit que sunt spiritus,*  
*inquit idem Paulus. Nos vero & hæc agno-*  
*scamus,*

*Et excita  
 in te amoro  
 & gratitiam  
 dinem.*

*Ad obiecta  
 respödetur,  
 fructus ope-  
 nos tentari.  
 1. Cor. 15. 19  
 1. Ob spem  
 futuram.  
 2. Ob conso-  
 lationem.*

*1. Cor. 2. 14*

*3. Ob fructū scamus, amplectamurque, & illa ampliora  
iusta Christi preparabo-*

*lam.*

*Ioan. 15.2.*

*4. Ob fructū per familias tantum abest ut ægrè ferat quā-*

*quam iam recipimus.*

*vt gratias illi hoc nomine habeat : ita nos*

*cum temptationibus & tribulationibus pur-*

*gamer, grati Deo pro tanto beneficio esse*

*debemus , fructum vberem præstolantes.*

*2. Cor. 12.10*

*Pulchre hac de re Apostolus. Cum infirmor,*

*inquit, tum fortior sum. Quanto enim nos*

*sive per tribulationes immissas , sive per ie-*

*uniua & alia exercitia suscepta magis magis*

*infirmamur & debilitamur ; tanto in*

*spiritu efficitur fortiores. Fietque suo mo-*

*do in nobis, quod de Christo in themate di-*

*citur. Nam & Sathan victus discedet à no-*

*bis, saltē ad tempus , quod parui non est*

*faciendum, & Angeli accendent, & congratula-*

*luntur ministrabuntque nobis , qui aliis*

*est quem ex ieiunijs nostris his referimus*

*fructus, sanè haud contemnendus.*

*Quare ut cū Iuda Machabæo, qui suos*

*ad pugnandum sermonibus optimis & exhor-*

*tationibus, muniuisse narratur finem dictis*

*imponam Inchoauimus dilectissimi ieiuniū*

*sacrum quadragesimale, ingressique*

*sumus certamen cū veteri ac veteratorio*

*hoste nostro diabolo, qui licet omni, eo ta-*

*mien*

*Exhortatio*

*ad praefan-*

*da omnia*

*alacriter.*

*2. Mach.*

*12.1.*

men vel maximè impugnare nos solet tempore, quo in procuranda salute animarum nostrarum diligentiores nos esse intuetur; ne deficiamus igitur oro & obsecro animo, quinimmo videntes, tot, tales, tantasque nobis à Christo Iesu præstitas gratias, alacriter *Et ad finem  
plura etiam quam obligati sumus præste-  
dum, perrogato-*  
& Eucharistia Sacraenta frequentantes, magnarum ut audiuitis diuinarum fontes gratiarum; tum tentationes magno animo sustinentes quarum victoria pulchram habet remutationem, tum in ieiunijs, & alijs carnis mortificationibus, non modo priuilegia & dispensationes non querentes, sed plura etiam (cum consilio tamen patris spiritualis qui exercitati non sunt) adjicentes. Mirum enim est dictu, quantopere id affligat aduersarium nostrum Sathanam. Celebre est illud Iobi exemplum, qui ita uti nostis à diabolo afflictus & percussus, *Exempla  
Iob notans  
da Salde.  
Iob. 2.7.*  
vlcere pessimo, à planta pedis usque ad verticem eius. quid faciebat? testa saniem radebat sedens in sterquilino, ait scriptura. Quid? non potuitne Iob, aut strophium aliquod vile habere quo saniem abstergere, vt testa ad id vteretur, qua non mundatur, sed ad maiorem dolorem irritantur vlcera? aut aliud abiectissimum licet cubile reperire quam sterquilinum? Potuit sane, neque enim

L. adeo

*Job. 2. 12.*  
ad eo pauper esse poterat, quo cum Reges  
in terra sedebant: verum voluit hac ratio-  
ne afflictus addere sibi afflictionem in de-  
spectum Sathanæ, ut & gloriosem ex illo  
referret victoriam, quod & factum est.  
Nos igitur lobum & Iob similes innume-  
ros præfertim noui Testamenti sanctos imi-  
tantes, tum ob maiorem Christi gloriam,  
tum ex amore ipsius, tum ex gratitudine  
pro tantis beneficijs adiungamus aliquid ex  
nostro. Ea enim ratione & ministerium  
Angelorum, & auxilium obtinebimus Do-  
mini Angelorum Christi Iesu, qui cum Pa-  
tre in unitate Spiritus sancti viuit, &  
regnat in æternum Deus,

Amen.



DOMI